

LE BRÉVIAIRE ROMAIN

PROPRE
DES
SAINTS

FASCICULE 13

DE LA TOUSSAINT
1^{er} NOVEMBRE
A SON OCTAVE ET
OFFICE DES MORTS

LABERGERIE
PARIS

<http://www.liberius.net>

© Bibliothèque Saint Libère 2014.

Toute reproduction à but non lucratif est autorisée.

DIE I NOVEMBRIS

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM

DUPLEX I CLASSIS CUM OCTAVA COMMUNI



AD UTRASQUE VESPERAS

Ant. 1. Vidi turbam magnam, * quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus stantes ante thronum.

Psalmi de Dominica, ut in Psalterio, p. 45, sed loco ultimi, Ps. 116 : Laudate Dominum, omnes gentes, p. 73.

2. Et omnes Angeli * stabant in circuitu throni, et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adoraverunt Deum.

3. Redemisti nos, * Domine Deus, in sanguine tuo, ex omni tribu et lingua et populo et natione, et fecisti nos Deo nostro regnum.

4. Benedicite Dominum * omnes electi ejus : agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

5 Hymnus * omnibus Sanctis ejus : filiis Israël, populo appropinquanti sibi : gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

In II Vesperis, Ps. 115 : Credidi, p. 90.

Capitulum. — Apoc. VII, 2-3.

ECCE ego Joannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi ; et clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens : Nolite nocere terræ et mari neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

1^{er} NOVEMBRE

FÊTE DE LA TOUSSAINT

DOUBLE DE 1^o CLASSE AVEC OCTAVE COMMUNE



AUX DEUX VÊPRES

Ant. 1. J'ai vu une grande foule que personne ne pouvait compter, de gens de toute nation se tenant devant le trône.

Psaumes du Dimanche, comme au Psautier, p. 45, en remplaçant le dernier par le Ps. 116 : Qu'elles louent Yahwéh, toutes les nations, p. 73.

2. Et tous les Anges se tenaient autour du trône, et ils se prosternèrent sur leurs faces, devant le trône, et ils adorèrent Dieu.

3. Vous nous avez rachetés, Seigneur Dieu, dans votre sang, de toute tribu, langue, peuple et nation, et vous avez fait de nous un royaume pour notre Dieu.

4. Bénissez le Seigneur, vous tous, ses élus ; passez vos jours dans la joie et rendez-lui gloire.

5. L'hymne de louange appartient à tous ses Saints, aux enfants d'Israël, au peuple qui approche de lui ; voilà la gloire de tous ses Saints.

Aux II^{es} Vêpres, Ps. 115 : J'ai cru, p. 90.

Capitule. — Apoc. VII, 2-3.

VOICI que moi, Jean, j'ai vu un autre Ange montant du lever du soleil, ayant le signe du Dieu vivant ; et il cria à grande voix, aux quatre Anges auxquels il a été donné de nuire à la terre et à la mer : Ne nuisez, ni à la terre, ni à la mer, ni aux arbres, jusqu'à ce que nous ayons marqué au front les serviteurs de notre Dieu.

Hymnus

PLACARE Christe sérvulis
Quibus Patris cleméntiam,
Tuæ ad tribúnal grátiaë,
Patróna Virgo póstulat.

Et vos beáta per novem
Distíncta gyros ágmina,
Antíqua cum præsentibus,
Futúra damna péllite.

Apóstoli cum Vátibus,
Apud sevérum Júdicem
Veris reórum flétibus
Expóscite indulgéntiam.

Vos purpuráti Mártyres,
Vos candidáti præmio
Confessiónis, éxsules
Vocáte nos in pátriam.

Choréa casta Vírginum,
Et quos erémus incolas
Transmísit astris, cælitum
Locáte nos in sédibus.

Auférte gentem pérfidam
Credéntium de finibus,
Ut unus omnes únicum
Ovíle nos pastor regat.

Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sácula. Amen.

In I Vesperis. V. Lætámmini in Dómino et exsul-
táte, justi. R. Et gloriámmini, omnes recti corde.

Ad Magnif. Ant. Angeli, * Archángeli, Throni et
Dominatiónes, Principátus et Potestátes, Virtútes cæ-

Hymne

PARDONNE, Christ, aux petits serviteurs,
Pour lesquels la clémence du Père,
Au tribunal de ta grâce,
Est demandée par la Vierge leur patronne.

Et vous, bienheureux bataillons,
Distingués en neuf chœurs,
Les maux anciens comme les présents
Et les futurs, chassez-les.

Apôtres unis aux Prophètes,
Auprès du Juge sévère,
Pour les vraies larmes des coupables,
Demandez l'indulgence.

Vous, Martyrs empourprés,
Et vous dont la robe blanche récompense
La confession de foi, de notre exil
Appelez-nous à la patrie.

Chastes chœurs des Vierges,
Et vous que l'habitation du désert
A fait monter parmi les astres,
Placez-nous aux sièges du ciel.

Enlevez la nation infidèle
Des frontières des croyants,
Pour que tous, en un seul bercail,
Nous obéissions à un seul pasteur.

Qu'à Dieu le Père soit gloire
Et au Fils unique du Père,
Ainsi qu'au Saint Paraclet
Dans les siècles éternels. Ainsi soit-il.

Aux 1^{ères} Vêpres. V. Réjouissez-vous dans le Seigneur et exultez, ô justes. *R.* Et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

A Magnif. Ant. Anges et Archanges, Trônes et Domi-

lórum, Chérubim atque Séraphim, Patriárchæ et Prophétæ, sancti legis Doctóres, Apóstoli, omnes Christi Mártyres, sancti Confessóres, Vírgines Dómini, Anachoritæ, Sanctíque omnes, intercédite pro nobis.

In II Vesperis. V. Exsultábunt Sancti in glória.
R. Lætábúntur in cubílibus suis.

Ad Magnif. Ant. O quam gloriósum est regnum * in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque ferit!

Oratio

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

AD MATUTINUM

Invit. Regem regum Dóminum, veníte, adorémus :
* Quia ipse est coróna Sanctórum ómnium.

Hymnus : Placáre, Christe, ut in *Vesperis.*

IN I NOCTURNO

Ant. Novit Dóminus * viam justórum, qui in lege ejus meditántur die ac nocte.

Psalmus I

BEATUS vir, qui non ábiit in consílio impiórum, et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

2. Sed in lege Dómini volúntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

1. Les Psaumes du 1^{er} Nocturne chantent la confiance et le bonheur qu'ap-

nations, Principautés et Puissances, Vertus des cieux, Chérubins et Séraphins, Patriarches et Prophètes, saints Docteurs de la loi, Apôtres, vous tous Martyrs du Christ, saints Confesseurs, Vierges du Seigneur, Anachorètes, Saints de tout ordre, intercédez pour nous.

Aux II^{èmes} Vêpres. V. Ils exulteront, les Saints, en gloire.
R₇. Ils se réjouiront sur leurs lits de repos.

A Magnif. Ant. O combien est glorieux le règne dans lequel, avec le Christ, se réjouissent tous les Saints ; vêtus de blanches robes ils suivent l'Agneau partout où il va.

Oraison

DIEU tout-puissant et éternel, qui nous permettez de vénérer, en une seule solennité, les mérites de tous vos Saints, nous vous demandons de nous donner largement, à cause de la multiplication de nos intercesseurs, l'abondance désirée de votre miséricorde. Par Notre-Seigneur.

A MATINES

Invit. Au Seigneur, Roi des rois, venez, offrons l'adoration * Car c'est lui qui est la couronne de tous les Saints.

Hymne : Pardonne, ô Christ, comme aux Vêpres.

AU 1^{er} NOCTURNE¹

Ant. Le Seigneur a connu la voie des justes qui, sur sa loi, méditent jour et nuit.

Psaume 1. — *Le juste et l'impie.*

BIENHEUREUX l'homme
Qui ne va pas au conseil des impies,
Qui ne s'arrête pas sur la voie des pécheurs,
Qui ne s'assied pas dans le cercle des moqueurs.
2. Mais qui dans la crainte de Yahwéh se complaît,
Et qui, dans sa loi, médite jour et nuit.

portent aux justes la protection divine et le partage de la royauté du Christ.

3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo :

4. Et folium ejus non defluet : * et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.

5. Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

6. Ideo non resurgent impii in iudicio : * neque peccatores in concilio justorum.

7. Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ant. Novit Dominus viam justorum, qui in lege ejus meditantur die ac nocte.

Ant. Mirificavit * Dominus Sanctos suos, et exaudivit eos clamantes ad se.

Psalmus 4

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiae meae : * in tribulatione dilatasti mihi.

2. Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

3. Filii hominum, usquequo gravi corde ? * ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium ?

4. Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

5. Irascimini, et nolite peccare : * quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

6. Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino. * Multi dicunt : Quis ostendit nobis bona ?

7. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine : * dedisti laetitiam in corde meo.

8. A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

II. 3. Il sera l'arbre planté près des eaux d'arrosage,
Qui donne son fruit en son temps

4. Et dont le feuillage ne se flétrit pas ;
Et tout ce qu'il fait prospérera.

III. 5. Il n'en va pas ainsi des méchants,
Mais comme de la menue paille
Que le vent emporte,
Sur la face de la terre.

[jugement,

IV. 6. Les méchants ne seront donc pas debout au
Ni les pécheurs, dans l'assemblée des justes,

7. Car Yahwéh connaît la voie des justes,
Mais la voie des pécheurs est perdition.

Ant. Le Seigneur a connu la voie des justes qui, sur
sa loi, méditent jour et nuit.

Ant. Le Seigneur a honoré ses saints, et exaucé ceux
qui crient vers lui.

Psaume 4. — *Tranquille sommeil d'un prince persécuté.*

Ω MON invocation, il l'a exaucée, — le Dieu de ma
justice. — Dans l'angoisse, tu m'as mis au large.
— 2. Aie pitié de moi et entends ma prière.

II. 3. Fils de l'homme, jusques à quand, — gens au cœur
lourd, — aimerez-vous le rien ? — cherchez-vous le
mensonge ?

III. 4. Sachez qu'il a honoré, — Yahwéh, son pieux
serviteur, — Yahwéh m'exauce, — quand je crie vers lui.

IV. 5. Soyez irrités, mais ne péchez pas ; — ce que vous
dites dans vos cœurs, — sur vos couches, regrettez-le. —
6. Sacrifiez un sacrifice de justice, — et confiez-vous en
Yahwéh.

V. Beaucoup demandent : — « Qui nous montre le
bien ? » — 7. Elle s'est levée sur nous, — la lumière
de ta face.

VI. Yahwéh, tu m'as donné — de la joie dans mon
cœur, — 8. plus que leur froment — et leur moût en
abondance — (n'en peuvent donner).

9. In pace in idípsum * dórmiam, et requiéscam ;

10. Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe * constituísti me.

Ant. Mirificávit Dóminus Sanctos suos, et exaudívit eos clamántes ad se.

Ant. Admirábile est * nomen tuum, Dómine ; quia glória et honóre coronásti Sanctos tuos, et constituísti eos super ópera mánuum tuárum.

Psalmus 8

DOMINE, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

2. Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

3. Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

4. Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

5. Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

6. Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum : * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

7. Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérſas : ínsuper et pécora campi.

8. Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

9. Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

Ant. Admirábile est nomen tuum, Dómine ; quia glória et honóre coronásti Sanctos tuos, et constituísti eos super ópera mánuum tuárum.

∇. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. R̄. Et gloriámini, omnes recti corde.

VII. 9. Dans la paix, au même instant, — je me couche et m'endors; — 10. car à toi seul, Yahwéh, — tu me fais reposer en sécurité.

Ant. Le Seigneur a honoré ses saints, et exaucé ceux qui crient vers lui.

Ant. Admirable est votre nom, Seigneur, parce que de gloire et d'honneur vous avez couronné vos saints et vous les avez établis sur les œuvres de vos mains.

Psaume 8. — Royauté de l'homme et du Christ.

YAHWÉH, notre Seigneur, — qu'il est glorieux ton nom, — par toute la terre!

I. 2. *Laisse-moi chanter ta gloire* dans les hauteurs des cieux,
3. Avec cette voix des enfants et des tout petits,
Dont tu as préparé la louange contre tes adversaires,
Pour confondre l'ennemi, le révolté.

II. 4. Quand je contemple les cieux, œuvre de tes doigts,
La lune et les étoiles que tu y as placées,
5. Qu'est-ce que l'homme pour que tu t'en souviennes,
Le fils de l'homme pour que tu t'en soucies?

III. 6. Tu l'as mis cependant peu au-dessous des Elohim,
Tu l'as couronné de gloire et d'honneur.
Tu l'as établi roi sur l'œuvre de tes mains,
7. Tu as tout mis sous ses pieds :

IV. Le menu et le gros bétail, toutes leurs bêtes,
Et aussi les bêtes sauvages des champs,
8. Les oiseaux du ciel et les poissons de la mer,
Tout ce qui fuit par les chemins des mers.

Refrain. 9. Yahwéh, notre Seigneur, — qu'il est glorieux, ton nom, — par toute la terre.

Ant. Admirable est votre nom, Seigneur, parce que de gloire et d'honneur vous avez couronné vos saints et vous les avez établis sur les œuvres de vos mains.

V. Réjouissez-vous dans le Seigneur et exultez, ô justes.
Ry. Et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

LECTIO I

De libro Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli.

Cap. IV, 2-8; V, 1-14.

ET ecce sedes pósitoa erat in cælo, et supra sedem sedens. Et qui sedébat, símilis erat aspéctui lápidis jáspidis et sárdinis : et iris erat in circúitu sedis símilis visióni smarágdinæ. Et in circúitu sedis sedília vigintiquátuor : et super thronos vigintiquátuor senióres sedéntes, circumamícti vestiméntis albis, et in capítibus eórum coronæ áureæ. Et de throno procedébant fúlgura, et voces, et tonítrua : et septem lámpades ardéntes ante thronum, qui sunt septem spíritus Dei. Et in conspéctu sedis tamquam mare vítreum símile crystállo : et in médio sedis, et in circúitu sedis quátuor animália plena óculis ante et retro. Et ánimál primum símile leóni, et secúndum ánimál símile vítulo, et tértium ánimál habens fáciem quasi hóminis, et quartum ánimál símile áquilæ volánti. Et quátuor animália, síngula eórum habébant alas senas : et in circúitu et intus plena sunt óculis, et réquiem non habébant die ac nocte, dicéntia : Sanctus, sanctus, sanctus Dóminus, Deus omnípotens, qui erat, et qui est, et qui ventúrus est.

Ry. Vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsu et elevátum : et plena erat omnis terra majestáte ejus : * Et ea, quæ sub ipso erant, replébant templum. V. Séráphim stabant super illud : sex alæ uni, et sex alæ álteri. Et.

LECTIO II

ET vidi in dextera sedéntis supra thronum, librum scriptum intus et foris, signátum sigíllis septem. Et vidi Angelum fortem, prædicántem voce magna :

1. Vulgate : *et ce qui était sous lui.*

LEÇON I

Du livre de l'Apocalypse du bienheureux Apôtre Jean.

Chapitre IV, 2-8; V, 1-14.

ET voici : un trône était dressé dans le ciel et, sur le trône, quelqu'un d'assis. Et celui qui était assis avait un aspect semblable à celui d'une pierre de jaspe et de sardoine, et un arc-en-ciel était autour du trône, semblable pour la vue à de l'émeraude. Et autour du trône vingt-quatre petits trônes et, sur ces trônes, vingt-quatre vieillards étaient assis, enveloppés de vêtements blancs, avec des couronnes d'or sur leurs têtes. Et du trône jaillissaient des éclairs, des voix et des tonnerres ; et il y avait devant le trône sept lampes ardentes qui sont les sept esprits de Dieu. Et en face du trône, il y avait comme une mer de verre, semblable à du cristal, et sous le milieu du trône et autour du trône, quatre animaux remplis d'yeux par devant et par derrière. Et le premier animal était semblable à un lion, le second animal semblable à un veau, et le troisième animal avait comme un visage d'homme, et le quatrième animal ressemblait à un aigle volant. Et les quatre animaux avaient chacun six ailes, alentour et à l'intérieur ils étaient remplis d'yeux, et ils n'avaient de repos ni jour, ni nuit, disant : Saint, saint, saint est le Seigneur, le Dieu tout-puissant, qui était et qui est et qui doit venir.

R₇. Je vis le Seigneur assis sur un trône très élevé, et toute la terre était pleine de sa majesté * Et *les pans de sa robe*¹ remplissaient le temple. V. Des Séraphins se tenaient au-dessus ; l'un avait six ailes et l'autre aussi six ailes. Et.

LEÇON II

ET je vis dans la main droite de celui qui était assis sur le trône, un livre écrit en dedans et au dehors et qui était scellé de sept sceaux. Et je vis un Ange puissant qui proclamait à grande voix : « Qui est digne

Quis est dignus aperire librum, et solvere signacula ejus? Et nemo poterat, neque in caelo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum neque respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum nec videre eum. Et unus de senioribus dixit mihi : Ne fléveris : ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, et solvere septem signacula ejus. Et vidi : et ecce in medio throni et quatuor animalium, et in medio seniorum, Agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem et oculos septem : qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et, cum aperisset librum, quatuor animalia et vigintiquatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas odorem, quae sunt orationes Sanctorum.

R̄. Beata es, Virgo Maria, Dei Genitrix, quae credidisti Domino : perfecta sunt in te quae dicta sunt tibi : ecce exaltata es super choros Angelorum : * Intercede pro nobis ad Dominum, Deum nostrum. V̄. Ave, Maria, gratia plena ; Dominus tecum. Intercede.

LECTIO III

ET cantabant canticum novum, dicentes : Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus : quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos Deo nostro regnum, et sacerdotes : et regnabimus super terram. Et vidi, et audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium, et seniorum : et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna : Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem,

d'ouvrir le livre et d'en délier les sept sceaux? » Et personne ne pouvait ni dans le ciel, ni sur la terre, ni sous la terre, ouvrir le livre, ni même le regarder. Et je pleurais beaucoup de ce que personne n'eût été trouvé digne d'ouvrir le livre, ni de le regarder. Et l'un des vieillards me dit : « Ne pleure pas ; voici qu'il a vaincu, le Lion de la tribu de Juda, la Racine de David, pour ouvrir le livre et délier ses sept sceaux. » Et je vis, et voici qu'au milieu du trône et des quatre animaux et au milieu des vieillards, un Agneau se tenait debout comme égorgé, ayant sept cornes et sept yeux qui sont les sept esprits de Dieu envoyés par toute la terre. Et l'Agneau vint et il reçut le livre de la droite de celui qui était assis sur le trône. Et quand il eut ouvert le livre, les quatre animaux et les vingt-quatre vieillards se prosternèrent devant l'Agneau, ayant chacun des cithares et des coupes d'or remplies de parfums qui sont les prières des saints.

R̄. Bienheureuse êtes-vous, Vierge Marie, Mère de Dieu, d'avoir cru au Seigneur ; elles se sont accomplies en vous, les choses qui vous ont été dites ; voici que vous avez été élevée au-dessus des chœurs des Anges ; * Intercédez pour nous auprès du Seigneur, notre Dieu. V̄. Salut, Marie, pleine de grâce, le Seigneur est avec vous. Intercédez.

LEÇON III

ET ils chantaient un cantique nouveau, disant : « Vous êtes digne, Seigneur, de recevoir le livre et d'en ouvrir les sceaux ; parce que vous avez été immolé et vous nous avez rachetés pour Dieu, dans votre sang, de toute tribu, peuple, langue et nation, et vous avez fait de nous, pour notre Dieu, un royaume et des prêtres ; et nous régnerons sur la terre. » Et je vis et j'entendis la voix de beaucoup d'anges, autour du trône et des animaux et des vieillards, et leur nombre était des milliers de mille disant à grande voix : « Digne est l'Agneau qui a été immolé, de recevoir puissance, richesse, sagesse, force, honneur, gloire et bénédiction. » Et toute créature

et glóriam, et benedictiónem. Et omnem creatúram, quæ in cælo est, et super terram, et sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo, omnes audívi dicentes : Sedénti in throno, et Agno, benedictio, et honor, et glória, et potéstas in sæcula sæculórum. Et quátuor animália dicébant : Amen. Et vigintiquátuor senióres cecidérunt in fácies suas, et adoravérunt vivéntem in sæcula sæculórum.

R̄. In conspéctu Angelórum psallam tibi, * Et adorábo ad templum sanctum tuum : et confitébor nómini tuo, Dómine. V̄. Super misericórdia tua et veritáte tua : quóniam magnificásti super nos nomen sanctum tuum. Et adorábo. Glória Patri. Et adorábo.

IN II NOCTURNO

Ant. Dómine, * qui operáti sunt justítiam, habitábunt in tabernáculo tuo, et requiéscent in monte sancto tuo.

Psalmus 14

DOMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéschet in monte sancto tuo?

2. Qui ingréditur sine mácula, * et operátur justítiam :

3. Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

4. Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

5. Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : * timéntes autem Dóminum glorífacit :

6. Qui jurat próximo suo, et non decipit, * qui pecúniám suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit.

7. Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

1. C'est par leur sainte vie (Ps. 14) et par l'humble aveu et la pénitence de leurs

qui est dans le ciel et sur la terre et sous la terre et sur la mer et dans la mer, je les entendis toutes qui disaient : « A celui qui est assis sur le trône et à l'Agneau, soient bénédiction, honneur, gloire, domination dans les siècles des siècles ! » Et les quatre animaux disaient : « Ainsi soit-il ! » Et les vingt-quatre vieillards se prosternèrent sur leurs faces et adorèrent celui qui vit dans les siècles des siècles.

R⁷. En présence des Anges, je vous chanterai * Et je me prosternerai en votre saint temple et je louerai votre nom, Seigneur. V. Au sujet de votre miséricorde et de votre vérité ; parce que vous avez magnifié, sur nous, votre saint nom. Et je me prosternerai. Gloire au Père. Et je me prosternerai.

AU II^{ème} NOCTURNE¹

Ant. Seigneur, ceux qui ont pratiqué la justice entreront en ton tabernacle et se reposeront sur ta sainte montagne.

Psaume 14. — *Programme de sainte vie.*

YAHWÉH, qui sera l'hôte de ta tente ?
Et qui sera citoyen de ta sainte montagne ?

2. Celui qui marche irréprochable,
Faisant ce qui est juste ;
3. Qui dit la vérité dans son cœur
Et ne laisse pas courir sa langue ;
- II. 4. Qui ne fait pas de mal à son voisin,
Et ne jette pas d'insulte à son prochain ;
5. Qui regarde avec mépris le méchant,
Et qui honore les craignant Yahwéh ;
- III. 6. Qui, ayant fait un serment désavantageux, ne se
Qui ne place pas son argent à usure, [rétracte pas ;
Et ne reçoit pas de présent contre l'innocent.
7. Celui qui agit ainsi ne chancellera jamais.

péchés de faiblesse (Ps. 31) que les justes ont obtenu leur glorieuse entrée au ciel à la suite de Jésus. (Ps. 23.)

Ant. Dómine, qui operáti sunt justítiam, habitábunt in tabernáculo tuo, et requiéscent in monte sancto tuo.

Ant. Hæc est generátio * quæréntium Dóminum, quæréntium fáciem Dei Jacob.

Psalmus 23

DOMINI est terra, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

2. Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

3. Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

4. Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

5. Hic accípiet benedictiónem a Dómino : * et misericórdiam a Deo, salutári suo.

6. Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

7. Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit Rex glóriæ.

8. Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prælio.

9. Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit Rex glóriæ.

10. Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Ant. Hæc est generátio quæréntium Dóminum, quæréntium fáciem Dei Jacob.

Ant. Lætámini in Dómino * et exsultáte, justi, et gloriámini, omnes recti corde.

Ant. Seigneur, ceux qui ont pratiqué la justice entreront dans ton tabernacle et se reposeront sur ta sainte montagne.

Ant. Voici la race de ceux qui cherchent le Seigneur, qui cherchent la face du Dieu de Jacob.

Psaume 23. — *Comment se présenter au Maître du monde.*

A YAHWÉH la terre et ce qui la remplit,
L'univers et tous ceux qui l'habitent,
Car c'est lui qui, sur les mers, l'a fondée,
2. Et, sur les flots, l'a dressée.

II. 3. Qui gravira le mont de Yahwéh,
Et qui se tiendra dans son sanctuaire?

4. — L'homme aux mains nettes et au cœur pur,
Qui ne lève pas son âme vers le néant
Et ne fait pas de faux serments.

III. 5. Celui-là obtiendra la bénédiction de Yahwéh,
La justification, du Dieu de son salut.

6. — Voilà la race de ceux qui le cherchent,
De ceux qui cherchent la face du Dieu de Jacob.

IV. 7. Élevez, ô portes, vos linteaux,
Oui, élevez-vous, portes d'éternité,
Et il entrera, ce roi de gloire.

8. — Qui est ce roi de gloire?
C'est Yahwéh, le fort, le héros,
Yahwéh, le héros du combat.

V. 9. Élevez, ô portes, vos linteaux,
Oui, élevez-vous, portes d'éternité,
Et il entrera, ce roi de gloire.

10. Qui est celui-là, ce roi de gloire?
C'est Yahwéh Sabaoth,
C'est lui, le roi de gloire.

Ant. Voici la race de ceux qui cherchent le Seigneur, qui cherchent la face du Dieu de Jacob.

Ant. Réjouissez-vous dans le Seigneur, et exultez, ô justes, et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

Psalmus 31

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates : * et quorum tecta sunt peccata.

2. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

3. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

4. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua : * conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

5. Delictum meum cognitum tibi feci : * et injustitiam meam non abscondi.

6. Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Domino : * et tu remisisti impietatem peccati mei.

7. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

8. Verumtamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

9. Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me : * exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

10. Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris : * firmabo super te oculos meos.

11. Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intellectus.

12. In camo et freno maxillas eorum constringe, * qui non appropinquant ad te.

13. Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

14. Lætamini in Domino et exultate, justi, * et gloriâmini, omnes recti corde.

Ant. Lætamini in Domino et exultate, justi, et gloriâmini, omnes recti corde.

Psaume 31. — *Le bienfait de l'aveu du pénitent.*

- B**IENHEUREUX celui à qui est remise son iniquité,
Et dont le péché est couvert. [sa faute
2. Bienheureux l'homme à qui Yahwéh n'impute pas
Et dans l'esprit duquel il n'y a pas de tromperie.
- II. 3. Parce que je me suis tu, ils se sont desséchés, mes os,
Tandis que je criais tout le jour.
4. Car le jour et la nuit, elle a pesé sur moi, ta main,
Ma sève s'est convertie en sécheresses brûlantes.
- III. 5. Mon péché, je te l'ai déclaré,
Et ma faute, je ne l'ai pas cachée.
6. J'ai dit : Je confesserai mon péché à Yahwéh,
Et toi, tu as enlevé la culpé de mon péché.
- IV. 7. C'est pourquoi, tout pieux suppliera
Vers toi, au temps *de l'angoisse*.
8. Dans le débordement des grandes eaux,
Jusqu'à lui, elles n'arriveront pas.
- V. 9. Tu es un refuge pour moi,
Contre l'angoisse qui m'enserme.
Mon chant de joie, délivre-moi
De ceux qui m'entourent!
- VI. 10. Je veux t'instruire et t'indiquer
Le chemin que tu dois suivre ;
Je te conseillerai — et je tiendrai mes yeux sur toi.
- VII. 11. Ne sois pas comme le cheval,
Comme le mulet sans intelligence
12. *Que le mors et le frein, (harnais de contrainte),
Doivent conduire vers toi.*
- VIII. 13. Nombreux sont les châtiménts de l'impie,
Mais la miséricorde entoure qui espère en Yahwéh,
14. Réjouissez-vous en Yahwéh et exultez, justes!
Jubilez tous, ô cœurs droits!
- Ant.* Réjouissez-vous dans le Seigneur et exultez, ô justes, et soyez glorifiés vous tous qui avez le cœur droit.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei. ℞. Et delecténtur in lætítia.

LECTIO IV

Sermo sancti Bedæ Venerábilis Presbýteri.

Sermo 18 de Sanctis.

HODIE, dilectíssimi, ómnium Sanctórum sub una solemnitátis lætítia celebrámus festivitátem; quorum societáte cælum exsúltat, quorum patrocíniis terra lætátur, triúmphis Ecclésia sancta coronátur. Quorum conféssio quanto in passióne fórtior, tanto est clárior in honóre; quia, dum crevit pugna, crevit et pugnántium glória, et martýrii triúmphus múltiplici passiónum género adornátur, perque gravióra torménta, gravióra fuére et prémia. Dum cathólica mater Ecclésia, quæ per totum orbem longe latéque diffúsa est, in ipso cápite suo Christo Jesu edócta est contumélias, cruces et mortem non timére; magis magisque roboráta, non resisténdo sed perferéndo, univérsis, quos ágmine ínclyto carcer pœnális inclúsit, pari et símili calóre virtútis, ad geréndum certámen, glóriam triumphálem inspirávit.

℞. Præcúrsor Dómini venit, de quo ipse testátur :
* Nullus major inter natos mulierum Joánne Baptísta.
℣. Hic est enim prophéta, et plus quam prophéta, de quo Salvátor ait. Nullus.

LECTIO V

OVERE beáta mater Ecclésia, quam sic honor divínæ dignatiónis illúminat, quam vincéntium gloriósus Mártyrum sanguis exórnat, quam inviolátæ confessiónis cándida índuit virgíntas! Flóribus ejus nec rosæ nec lília desunt. Certent nunc, caríssimi, sínguli ut ad utrósque honóres amplíssimam accípiant

∇. Qu'ils exultent les justes, en présence de Dieu. R⁷. Et qu'ils se délectent dans la joie.

LEÇON IV

Sermon de saint Bède le Vénérable, Prêtre.

Sermon 18, des Saints.

AUJOURD'HUI, mes bien-aimés, nous célébrons, dans la joie d'une solennité unique, la fête de tous les Saints. De leur société se glorifie le ciel, la terre jouit de leur patronage, la Sainte Église est couronnée de leurs triomphes. Plus leur foi s'est tenue ferme dans la souffrance, plus elle resplendit dans l'honneur ; parce qu'avec le combat s'est accrue la gloire des combattants, le triomphe du martyr est rehaussé par la grande diversité des tourments, et le poids des récompenses a été proportionné à celui des douleurs. Notre Mère l'Église Catholique, répandue en long et en large par toute la terre, a appris de son chef même, le Christ Jésus, à ne point craindre les injures, les croix et la mort ; fortifiée de plus en plus, non par la résistance, mais par la patience, elle a donné à tous ceux qu'une prison infligée comme peine a enfermés en un glorieux bataillon, un sentiment de la gloire du triomphe, qui leur a fait supporter le combat, avec une égale et semblable ardeur de courage.

R⁷. Le Précurseur du Seigneur est venu, dont celui-ci affirme lui-même : * Nul n'est plus grand, parmi les enfants des hommes, que Jean-Baptiste. ∇. Car c'est un prophète, et plus qu'un prophète, de qui le Sauveur a dit. Nul.

LEÇON V

AH! vraiment bienheureuse est notre Mère l'Église, ainsi illuminée par l'honneur de la complaisance divine, ornée du sang glorieux des Martyrs vainqueurs, revêtue du blanc vêtement de la profession de foi inviolée des Vierges ! A ses fleurs ne manquent ni les roses, ni les lis. Et maintenant, mes bien-aimés, que tous combattent, pour recevoir la très éclatante dignité de ces deux titres

dignitatem, coronas vel de virginitate candidas vel de passione purpúreas. In cælestibus castris pax et ácies habent flores suos, quibus mílites Christi coronántur.

R̄. Isti sunt qui vivéntes in carne plantavérunt Ecclésiám sánguine suo : * Cálicem Dómini bibérunt, et amíci Dei facti sunt. V̄. In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum. Cálicem.

LECTIO VI

DEI enim ineffábilis et imménsa bónitas étiam hoc provídít, ut labórum quidem tempus et agónis non exténderet nec longum fáceret aut ætérnum, sed breve et, ut ita dicam, momentáneum : ut in hac brevi et exígua vita agónes essent et labóres, in illa vero quæ ætérna est, coronæ et præmia meritórum ; ut labóres quidem cito finiréntur, meritórum vero præmia sine fine durárent ; ut post hujus mundi ténebras visúri essent candidíssimam lucem, et acceptúri majórem passiónum cunctárum acerbitátibus beatitúdinem, testánte hoc idem Apóstolo, ubi ait : Non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad superventúram glóriam, quæ revelábitur in nobis.

R̄. Sancti mei, qui, in carne pósito, certámen habuístis : * Mercédem labóris ego reddam vobis. V̄. Veníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum. Mercédem. Glória Patri. Mercédem.

IN III NOCTURNO

Ant. Timéte Dóminum, * omnes Sancti ejus, quó-

1. Rom. VIII, 18.

2. Les justes sont les enfants chéris de la Providence (Ps. 33) ; leurs prières valent non seulement pour eux, mais aussi pour leurs princes temporels et

d'honneur, les couronnes blanches de la virginité ou les couronnes pourpres du martyr. Dans les camps célestes, paix et combats ont leurs fleurs, pour couronner les soldats du Christ.

R⁷. Voici ceux qui, vivant dans la chair, ont planté l'Église dans leur sang : * Le calice du Seigneur, ils l'ont bu, et sont devenus les amis de Dieu. V. Par toute la terre s'en est allée leur voix, et jusqu'aux confins du monde leur parole. La calice.

LEÇON VI

CAR l'ineffable et immense bonté de Dieu a même pris garde de ne pas donner longue durée au temps des fatigues et du combat, de ne pas le prolonger, le faire éternel, mais court et, pour ainsi dire momentané. Ainsi, en cette vie brève et rapide, les combats et les peines ; en celle qui est éternelle, les couronnes et récompenses des mérites ; ainsi, les épreuves passent vite, certes, mais les récompenses des mérites durent toujours ; ainsi, après les ténèbres de ce monde, on verra la très brillante lumière, on recevra une béatitude en comparaison de laquelle les amertumes de toutes les douleurs sont peu de chose, comme le déclare l'Apôtre, quand il dit : *Les souffrances de ce temps ne sont pas comparables à la gloire à venir, qui sera manifestée en nous*¹.

R⁷. Vous, mes Saints, qui, vivant dans la chair, avez combattu : * Vous serez récompensés, par moi, de votre peine. V. Venez, les bénis de mon Père, recevez le royaume. Vous serez récompensés. Gloire au Père. Vous serez récompensés.

AU III^{ième} NOCTURNE²

Ant. Révérez le Seigneur, vous tous, ses Saints, car

spirituels (Ps. 60), et ils n'ont rien à craindre des rigueurs du jugement dernier qui fera leur joie et consacrerà leur triomphe avec celui de leur Roi. (Ps. 96).

niam nihil deest timéntibus eum : ecce óculi Dómini super justos, et aures ejus ad preces eórum.

Psalmus 33

BENEDICAM Dóminum in omni témpore : * semper laus ejus in ore meo.

2. In Dómino laudábitur ánima mea : * áudiant mansuéli, et læténtur.

3. Magnificáte Dóminum mecum : * et exaltémus nomen ejus in idípsum.

4. Exquisívi Dóminum, et exaudívit me : * et ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

5. Accédite ad eum, et illuminámini : * et fácies vestræ non confundéntur.

6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum : * et de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

7. Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : * et erípiet eos.

8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir, qui sperat in eo.

9. Timéte Dóminum, omnes sancti ejus : * quóniam non est inópia timéntibus eum.

10. Dívites eguérunt et esuriérunt : * inquirentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

11. Veníte, filii, audíte me : * timórem Dómini docébo vos.

12. Quis est homo qui vult vitam : * díligit dies vidére bonos?

13. Próhibe linguam tuam a malo : * et lábia tua ne loquántur dolum.

14. Divérte a malo, et fac bonum : * inquire pacem, et perséquere eam.

15. Oculi Dómini super justos : * et aures ejus in preces eórum.

rien ne manque à ceux qui le révèrent ; voici, les yeux du Seigneur sont sur les justes, et ses oreilles, attentives à leurs prières.

Psaume 33. — L'enfant chéri de la Providence.

Aleph. Je bénirai Yahwéh en tout temps ;

Sans cesse sa louange sera dans ma bouche

Beth. 2. En Yahwéh elle sera glorifiée mon âme ;

Qu'ils l'apprennent, les doux et qu'ils se réjouissent !

Ghimel. 3. Magnifiez, avec moi, Yahwéh,

Et exaltons son nom tous ensemble.

Daleth. 4. J'ai cherché Yahwéh et il m'a exaucé,

Et de toutes mes angoisses, il m'a délivré.

Hé. 5. Regardez vers Yahwéh et vous serez rassérénés,

Et que votre visage ne soit pas assombri !

Zain. 6. Tel pauvre a crié et Yahwéh l'a entendu

Et de toutes ses angoisses, il l'a délivré.

Heth. 7. Il campe, l'Ange de Yahwéh,

Autour de ceux qui le révèrent et il les sauve.

Teth. 8. Goûtez et voyez combien est bon Yahwéh !

Heureux le vaillant qui se confie en lui !

Yod. 9. Révérez Yahwéh, vous tous, ses Saints ;

Car rien ne manque à ceux qui le révèrent.

Caph. 10. Les riches ont éprouvé l'indigence et la faim,

Et ceux qui cherchent Dieu n'ont manqué d'aucun

Lamed. 11. Venez, enfants ! écoutez-moi ! [bien.]

C'est la crainte de Yahwéh, que je vous enseignerai.

Mém. 12. Quel est l'homme qui désire la vie

Et souhaite des jours où il voie le bonheur ?

Nun. 13. Détourne ta langue du mal,

Et tes lèvres de la parole de fourberie.

Samech. 14. Fuis le mal et fais le bien ;

Désire la paix et poursuis-la.

Aïn. 15. Les yeux de Yahwéh sont sur les justes,

Et ses oreilles *ouvertes* à leurs cris.

16. Vultus autem Dómini super faciéntes mala : *
ut perdat de terra memóriam eórum.

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudívit eos : *
et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde :
* et húmiles spírítu salvábit.

19. Multæ tribulatióes justórum : * et de ómnibus
his liberábit eos Dóminus.

20. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : * unum
ex his non conterétur.

21. Mors peccatórum péssima : * et qui odérunt
justum, delínquent.

22. Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : *
et non delínquent omnes qui sperant in eo.

Ant. Timéte Dóminum, omnes Sancti ejus, quóniam
nihil deest timéntibus eum : ecce óculi Dómini
super justos, et aures ejus ad preces eórum.

Ant. Dómine, spes Sanctórum * et turris fortitú-
dinis eórum, dedísti hereditátem timéntibus nomen
tuum, et habitábunt in tabernáculo tuo in sácula.

Psalmus 60

EXAUDI, Deus, deprecatióem meam : * inténde
oratióni meæ.

2. A fínibus terræ ad te clamávi : * dum anxiarétur
cor meum, in petra exaltásti me.

3. Deduxísti me, quia factus es spes mea : * turris
fortitúdinis a fácie inimíci.

4. Inhabitábo in tabernáculo tuo in sácula : *
prótegar in velaménto alárum tuárum.

5. Quóniam tu, Deus meus, exaudísti oratióem
meam : * dedísti hereditátem timéntibus nomen tuum.

6. Dies super dies regis adjícies : * annos ejus usque
in diem generatiónis et generatiónis.

Phé. 16. Le visage de Yahwéh est contre ceux qui font le
Pour effacer de la terre leur souvenir. [mal,

Tsadé. 17. Ils ont crié, les justes, et Yahwéh a entendu,
Et de toutes leurs angoisses, il les a délivrés.

Quoph. 18. Yahwéh visite les cœurs brisés,
Et sauve les esprits humiliés.

Resch. 19. Nombreux sont les maux des justes ;
Mais de tous, il les délivre, Yahwéh.

Schin. 20. Il garde tous leurs os ;
Pas un seul d'entre eux ne sera brisé.

Thau. 21. La mort de l'impie est mauvaise ;
Ceux qui haïssent le juste seront punis.

22. Yahwéh délivre l'âme de ses serviteurs [en lui !
Et ils ne seront pas punis, tous ceux qui espèrent

Ant. Révérez le Seigneur, vous tous, ses Saints, car
rien ne manque à ceux qui le révèrent ; voici, les yeux du
Seigneur sont sur les justes, et ses oreilles, attentives
à leurs prières.

Ant. Seigneur, espoir des Saints, et tour forte de leur
défense, vous avez donné un héritage à ceux qui révèrent
votre nom, et ils habiteront dans votre tabernacle éter-
nellement.

Psaume 60. — Prière pour le saint Père.

ENTENDS, Élohim, ma supplication! [terre
Sois attentif à ma prière, 2. des extrémités de la
Vers toi je crie, dans l'abatement de mon cœur ;
Dans l'angoisse qui s'élève au-dessus de moi, 3. con-

II. Car tu es pour moi un refuge,
Une tour fortifiée contre l'ennemi. [duis-moi!

4. Puissé-je habiter sous ta tente pour des siècles,
Me réfugier à l'abri de tes ailes.

III. 5. Car toi, Elohim, tu entends mes vœux,
Tu donnes l'héritage à ceux qui révèrent ton nom.

6. Ajoute des jours aux jours du roi
Des années qui durent de génération en génération!

7. Pérmānet in ætérnum in conspéctu Dei : *
misericórdiam et veritátem ejus quis requíret?

8. Sic psalmum dicam nómini tuo in sáeculum
sáeculi : * ut reddam vota mea de die in diem.

Ant. Dómine, spes Sanctórum et turris fortitúdinis
eórum, dedísti hereditátem timéntibus nomen tuum,
et habitábunt in tabernáculo tuo in sáecula.

Ant. Qui dilígitis Dóminum, * lætámīni in Dómino,
et confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Psalmus 96

DOMINUS regnávīt, exsúltet terra : * læténtur
insulæ multæ.

2. Nubes, et caligo in circúitu ejus : * justítia, et
judícium corréctio sedis ejus.

3. Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in
circúitu inimícos ejus.

4. Illuxérunt fúlgora ejus orbi terræ : vidit, et
commóta est terra.

5. Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : *
a fácie Dómini omnis terra.

6. Annuntiavérunt cæli justítiam ejus : * et vidé-
runt omnes pópuli glóriam ejus.

7. Confundántur omnes, qui adórant sculptília : *
et qui gloriántur in simulácris suis.

8. Adoráte eum, omnes Angeli ejus : * audívit,
et lætáta est Sion.

9. Et exsultavérunt filiæ Judæ, * propter judícia
tua, Dómine :

10. Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem
terram : * nimis exaltátus es super omnes deos.

11. Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * custó-
dit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu
peccatóris liberábit eos.

12. Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

IV. 7. Qu'il habite toujours devant la face d'Elohim!
Donne miséricorde et vérité, elles le garderont.

8. Ainsi je chanterai ton nom à jamais,
En accomplissant mes vœux chaque jour.

Ant. Seigneur, espoir des Saints, et tour forte de leur défense, vous avez donné un héritage à ceux qui révèrent votre nom, et ils habiteront dans votre tabernacle éternellement.

Ant. Vous qui aimez le Seigneur, réjouissez-vous dans le Seigneur, et louez le souvenir de sa sainteté.

Psaume 96. — Le jugement dernier.

YAHWÉH règne! qu'elle exulte, la terre!
Qu'elle se réjouisse, la multitude des îles!

2. Des nuées épaisses l'entourent,
La justice et le jugement sont la base de son trône.

3. Le feu marche devant sa face
Et brûle, alentour, ses ennemis.

4. Ses éclairs illuminent le monde,
Elle voit et tremble, la terre,

5. Les montagnes fondent comme la cire
(Devant Yahwéh) devant le Seigneur de toute la terre.

6. Ils annoncent, les cieux, sa justice,
Et ils voient, tous les peuples, sa majesté.

II. 7. Ils seront confondus, tous les serviteurs d'idoles,
Qui se glorifient dans des riens.

8. Ils se prosterneront devant lui, tous les Elohim.
Elle l'apprend et elle se réjouit, Sion ;

9. Elles exultent, les filles de Juda,
A cause de tes arrêts, ô Yahwéh!

10. Car toi, Yahwéh, tu es le Très-Haut,
De beaucoup au-dessus de toute la terre.
Tu es élevé sur tous les Elohim.

III. 11. Vous qui aimez Yahwéh, haïssez le mal ;
Il garde les âmes de ses pieux ;
De la main des pécheurs, il les délivre.

12. La lumière respandit pour le juste ;
Aux cœurs droits, la joie.

13. Lætámini justí, in Dómino : * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Ant. Qui diligitis Dóminum, lætámini in Dómino, et confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Ÿ. Justí autem in perpétuum vivent. R̄. Et apud Dóminum est merces eórum.

LECTIO VII

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Cap. V, 1-12.

IN illo témpore : Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

Homilía sancti Augustíni Epíscopi.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, sub initium.

SI quæritur quid significet mons, bene intelligitur significáre majóra præcépta justítiæ, quia minóra erant quæ Judæis data sunt. Unus tamen Deus, per sanctos prophétas et fámulos suos, secúndum ordinatíssimam distributiónem témporum, dedit minóra præcépta pópulo quem adhuc timóre alligári oportébat ; et, per Fílium suum, majóra pópulo quem caritáte jam liberári convénerat. Cum autem minóra minóribus, majóra majóribus dantur, ab eo dantur, qui solus novit congruéntem suis tempóribus géneri humano exhibére medicínam.

R̄. Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris : * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. Ÿ. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et.

Benedictio : Quorum festum.

13. Réjouissez-vous, justes, en Yahwéh,
Chantez son souvenir sanctifiant.

Ant. Vous qui aimez le Seigneur, réjouissez-vous dans le Seigneur, et louez le souvenir de sa sainteté.

℣. Quant aux justes, ils vivront éternellement. ℞. Et auprès du Seigneur est leur récompense.

LEÇON VII

Lecture du saint Évangile selon saint Matthieu.

Chapitre V, 1-12.

EN ce temps-là, Jésus, voyant les foules, monta sur une montagne, et, quand il se fut assis, ses disciples vinrent près de lui. Et le reste.

Homélie de saint Augustin, Évêque.

Livre 1, du Sermon du Seigneur sur la montagne, vers le commencement.

S’i l’on demande ce que signifie la montagne, on peut bien l’entendre des plus grands préceptes de la justice, car les plus petits étaient ceux donnés aux Juifs. C’est pourtant le même Dieu qui, par ses saints prophètes et ses amis, aux temps fixés avec la plus grande sagesse, a donné les plus petits commandements au peuple qu’il fallait encore lier par la crainte, et qui, par son Fils, a donné les plus grands au peuple qu’il convenait désormais de libérer par la charité. Mais quand les plus petits sont donnés aux plus petits, les plus grands aux plus grands, c’est toujours par celui qui seul connaît quelle médecine il convient de présenter, en son temps, au genre humain.

℞. Que vos reins soient ceints et vos lampes ardentes dans vos mains : * Et vous, soyez semblables à des hommes qui attendent que leur maître revienne des noces. ℣. Veillez donc, parce que vous ne savez pas l’heure à laquelle viendra votre Maître. * Et vous.

Bénédiction : Que les saints.

LECTIO VIII

Ant. De peur qu'il ne ravisse, comme un lion, mon âme, sans qu'il y ait de libérateur et de sauveur.

Psaume 7. — *Appel à la justice de Dieu.*

Protestation d'un calomnié.

YAHWÉH, mon Dieu, en toi je me réfugie;

Sauve-moi de qui me persécute et délivre-moi,

2. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédímat, neque qui salvum fáciat.

3. Dómine, Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis :

4. Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam mérito ab inimícis meis inánis.

5. Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam, * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

6. Exsúrge, Dómine, in ira tua : * et exaltáre in finibus inimicórum meórum.

7. Et exsúrge, Dómine, Deus meus, in præcépto quod mandásti : * et synagóga populórum circúmdabit te.

8. Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

9. Júdica me, Dómine, secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

10. Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes, Deus.

11. Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

12. Deus iudex justus, fortis, et pátiens : * numquid iráscitur per síngulos dies?

13. Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

14. Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.

15. Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

2. De peur qu'il ne déchire, comme un lion, mon âme,
Sans qu'il y ait de libérateur et de sauveur.
- II. 3. Yahwéh, mon Dieu, si j'ai fait cela,
S'il y a de l'iniquité dans mes mains,
4. Si, à qui me traitait pacifiquement, j'ai rendu le mal,
Si j'ai dépouillé qui me poursuivait sans motif;
- III. 5. Que l'ennemi poursuive...
...mon âme et qu'il la prenne,
Et qu'il foule à terre ma vie!
Et que, ma gloire, dans la poussière il la couche.
Appel au jugement de Dieu.
- IV. 6. Lève-toi, Yahwéh, dans ta colère!
Dresse-toi contre les excès de mes ennemis!
7. Éveille-toi pour moi!
Le jugement, tu l'as décrété.
- V. Que l'assemblée des nations
Se réunisse autour de toi!
8. Sur elle, dans les hauteurs, reviens!
Yahwéh juge les peuples.
- VI. 9. Juge-moi, Yahwéh, selon ma justice,
Selon mon innocence à moi!
10. Qu'elle s'évanouisse, l'iniquité des méchants!
Et tu affermiras le juste.
Et il sonde les cœurs et les reins,
Elohim, 11. le juste.
- VII. Mon secours est en Elohim,
Qui sauve les cœurs droits.
12. Elohim est juste juge, fort et patient
Et un Dieu condamnant, chaque jour
Châtiment du calomniateur.
- VIII. 13. N'aiguise-t-il pas de nouveau son glaive?
Il tend son arc et il vise; [mort,
14. Et c'est pour lui, qu'il prépare des instruments de
Qu'il lance ses flèches enflammées.
- IX. 15. Voyez! il enfante l'iniquité;
Il conçoit le mal et met au jour le mensonge.
-

16. Lacum apérui, et effódit eum : * et incidit in foveam quam fecit.

17. Convertétur dolor ejus in caput ejus : * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

18. Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem ætérnam.

Ant. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

V. A porta ínferi. *R.* Erue, Dómine, ánimas eórum.

Pater noster, totum secreto.

Lectiones trium Nocturnorum dicuntur sine Absolutione et Benedictionibus et Lectiones I Nocturni insuper sine Titulo.

LECTIO I

Job VII, 16-21.

PARCE mihi, Dómine ; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum ? aut quid appónis erga eum cor tuum ? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam ? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum ? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis ? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam ? Ecce nunc in púlvere dórmiam : et si mane me quæsieris, non subsístam.

Lectiones trium Nocturnorum terminantur sine Versu : Tu autem, vel alia conclusione.

1. Le mot *porte* en style oriental, signifie au sens littéral premier, la porte, l'entrée, mais au sens figuré, il signifie la puissance. Il nous semble que dans la prière pour les âmes qui sont en Purgatoire, c'est de la puissance qui les retient en Purgatoire, qu'on demande leur délivrance, puisqu'elles y sont déjà entrées.

2. Les peines du Purgatoire dépassant celles de ce monde, l'Église, pour en mieux éveiller en nous le sentiment, a choisi les textes de Job qui expriment la douleur de l'homme conscient d'une part

16. Il creuse une fosse et l'approfondit ;
Et il tombe dans la fosse qu'il a creusée.
- X. 17. Il retombe, son méfait, sur sa tête,
Et, sur son front, sa violence redescend.
18. Je louerai Yahwéh selon sa justice,
Et je chanterai le nom de Yahwéh, le Très-Haut.
Le repos éternel.

Ant. De peur qu'il ne ravisse, comme un lion, mon âme, sans qu'il y ait de libérateur et de sauveur.

Ψ. De la puissance¹ de l'enfer. R7. Délivrez, Seigneur, leurs âmes.

Notre Père, *tout entier à voix basse.*

Les Leçons des trois Nocturnes se lisent sans Absolution et sans Bénédiction, et les Leçons du 1^{er} Nocturne se lisent sans Titre.

LEÇON I

Job VII, 16-21.

EPARGNE-MOI, car ils ne sont rien, mes jours! — Qu'est-ce que l'homme, pour que tu t'en soucies, — et que de lui s'occupe ton cœur? — pour que tu le visites dès le matin, — et qu'à tout instant, tu l'éprouves? — Jusques à quand me traiteras-tu sans indulgence, — et ne me laisseras-tu pas le temps d'avaler ma salive? — J'ai péché; qu'est-ce que cela te fait? — O gardien des hommes! — Pourquoi m'as-tu pris pour cible, — et te suis-je devenu à charge? — Pourquoi ne supportes-tu pas mon péché, — et n'effaces-tu pas mon iniquité? — maintenant que je vais dormir dans la poussière, — et que si tu me cherches au matin, je ne serai plus².

**Les Leçons se terminent sans le Verset :
Mais vous, et sans autre conclusion.**

d'être innocent de grandes fautes, mais en même temps d'être souillé d'une quantité de petites fautes, dont il demande à la justice divine de ne pas exiger la rigoureuse expiation, en ce monde. Ne pas oublier que Job est un juste de l'Ancien Testament, qui n'a pas le clair espoir du Paradis tel que nous l'avons aujourd'hui et pour qui, avant la résurrection, il n'y a que la pâle vie du schéol. Notez, au milieu des plaintes de Job, son inébranlable confiance en la justice et la miséricorde de Dieu.

R̄. Credo quod Redémptor meus vivit, et in novísimo die de terra surrectúrus sum, * Et in carne mea vidébo Deum, Salvatórem meum. †. Quem visúrus sum ego ipse, et non álius ; et óculi mei conspectúri sunt. Et.

LECTIO II

Job XIV, 1-6.

HOMO natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in júdícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est : constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

R̄. Qui Lázarum resuscitásti a monuménto foetidum, * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et locum indulgéntiæ. †. Qui ventúrus es júdicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. Tu.

LECTIO III

Job XIX, 20-27.

PELLI meæ, consúptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos, amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei?

1. Ce dernier verset de la Vulgate parle du jour de la rétribution où Dieu, en récompensant le bien, tiendra compte des diminutions

R^y. Je crois que mon Rédempteur vit et qu'au dernier jour je ressusciterai de la terre, * Et qu'en ma chair, je verrai Dieu, mon Sauveur. V. Que je verrai moi-même et non pas un autre, et que mes yeux doivent contempler. Et.

LEÇON II

Job XIV, 1-6.

L'HOMME, né de la femme, — vivant peu de temps, — est rempli de beaucoup de misères. — Comme la fleur, il naît et se flétrit, — et il fuit comme l'ombre, — sans jamais demeurer dans le même état. — Et c'est sur un tel être que tu daignes ouvrir tes yeux, — pour l'amener en jugement, avec toi! — Qui donc peut rendre pur le conçu d'une semence impure? — N'est-ce pas toi seul? — Bien courts sont les jours de l'homme; — et le nombre de ses mois dépend de toi. — Tu en as fixé les termes qui ne pourront être dépassés. — Détourne-toi de lui et laisse-le en repos, — jusqu'à ce que vienne le jour désiré, comme celui du mercenaire¹.

R^y. Vous qui avez ressuscité du tombeau, Lazare déjà fétide, * Vous, Seigneur, donnez-leur le repos et le lieu du pardon. V. Vous qui devez venir juger les vivants et les morts, et ce siècle, par le feu. Vous, Seigneur.

LEÇON III

Job XIX, 20-27.

A MA peau, mes chairs étant consumées, s'est collée ma bouche; — et il ne me reste que les lèvres, autour de mes dents. — Ayez pitié de moi, ayez pitié de moi, vous du moins mes amis, — car la main du Seigneur m'a frappé. — Pourquoi me poursuivez-vous, comme Dieu, — et de mes chairs n'êtes-vous jamais rassasiés? — Qui me donnera que soient écrites mes

qui lui seront venues de nos fautes. Le texte hébreu est bien moins explicite : *Jusqu'à ce que, comme un mercenaire, il s'acquitte de sa journée.* (Traduction DHORME.)

quis mihi det ut exaréntur in libro, stylo férreo et plumbi lámína, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursus circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius : repósita est hæc spes mea in sinu meo.

R̄. Dómine, quando véneris judicáre terram, ubi me abscóndam a vultu iræ tuæ? * Quia peccávi nimis in vita mea. V̄. Commíssa mea pavésco, et ante te erubésco ; dum véneris judicáre noli me condemnáre. Quia. V̄. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine : et lux perpétua lúceat eis. Quia.

IN II NOCTURNO

Ant. In loco páscuæ * ibi me collocávit.

Psalmus 22

DOMINUS regit me, et nihil mihi déerit : * in loco páscuæ ibi me collocávit.

2. Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

3. Dedúxit me super sémitas justítiae, * propter nomen suum.

4. Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala : * quóniam tu mecum es.

5. Virga tua, et báculus tuus : * ipsa me consoláta sunt.

6. Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

1. Cette traduction du texte de la Vulgate est très explicite quant à l'affirmation de la résurrection. Le texte hébreu, qui parle certainement d'une intervention et d'une vision de Dieu extraordinaire, est tellement discuté, et interprété de façons si diverses, que nous renvoyons, pour sa traduction, aux ouvrages spéciaux d'exégèse.

paroles? — Qui m'accordera qu'elles soient gravées dans un livre, — avec un stylet de fer et sur une feuille de plomb, — ou qu'elles soient, avec un burin, sculptées sur le roc? — Car je sais que mon rédempteur est vivant, — et qu'au dernier jour je dois ressusciter de la terre, — et que de nouveau, je revêtirai ma peau, — et, dans ma chair, je verrai mon Dieu. — C'est lui que je dois voir moi-même, — et ce sont mes yeux et non ceux d'un autre qui le contempleront ; — elle est déposée, cette espérance, en mon cœur¹.

R⁷. Seigneur, quand vous viendrez juger la terre, où me mettrai-je à l'abri de votre visage irrité? * Car j'ai trop péché dans ma vie. V. De mes fautes, je suis effrayé, et j'en rougis devant vous ; lorsque vous viendrez juger, ne me condamnez pas. Car. V. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur ; et que la lumière perpétuelle brille sur eux. Car.

AU II^{ème} NOCTURNE²

Ant. Dans un lieu de pâturage, voilà où il m'a placé.

Psaume 22. — La brebis de Dieu.

YAHWÉH est mon pasteur, je ne manque de rien,
Dans de verts pâturages, il me fait reposer ;

2. Près des eaux de rafraîchissement il me conduit,
Il renouvelle mon âme.

II. 3. Il me dirige dans des sentiers de justice,
A cause de son nom. [mort,

4a. Même si je marche dans le ravin de l'ombre de la
Je ne crains aucun mal.

III. *Même dans la nuit, je ne tremble pas,*

4b. Car tu es avec moi.

5. Ton bâton et ta houlette,
Voilà ma consolation.

IV. 6. Tu dresses devant moi une table,
En face de mes adversaires.

2. Les Psaumes du second Nocturne insistent tout spécialement sur la confiance qui adoucit les peines temporaires des âmes du Purgatoire.

7. Impinguásti in óleo caput meum : * et calix meus inébrians quam præclárus est!

8. Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ :

9. Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitudinem diérum.

Réquiem ætérnam.

Ant. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ant. Delícta * juventútis meæ, et ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

Psalmus 24

AD te, Dómine, levávi ánimam meam : * Deus meus, in te confido, non erubéscam.

2. Neque irrideant me inimíci mei : * étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

3. Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácue.

4. Vias tuas, Dómine, demónstra mihi : * et sémitas tuas édoce me.

5. Dírige me in veritáte tua, et doce me : * quia tu es, Deus, salvátor meus, et te sustínui tota die.

6. Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, * et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.

7. Delícta juventútis meæ, * et ignorántias meas ne memíneris.

8. Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : * propter bonitátem tuam, Dómine.

9. Dulcis et rectus Dóminus : * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

10. Díriget mansuétos in iudício : * docébit mites vias suas.

11. Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

7. Tu as oint de parfum ma tête,
Ma coupe déborde.

V. Rien que le bien, 8. et la miséricorde me suivront,
Tous les jours de ma vie,

9. Et j'habiterai dans la demeure de Yahwéh,
A longueur de jours.
Le repos éternel.

Ant. Dans un lieu de pâturage, voilà où il m'a placé.

Ant. Des fautes de ma jeunesse et de mes ignorances,
ne vous souvenez-pas, Seigneur.

Psaume 24. — Humble confiance.

Aleph. 1a. Vers toi, Yahwéh, j'ai élevé mon âme ;
Mon Dieu, *5b.* vers toi j'aspire, tout le jour. [fondu]

Beth. 1b. En toi, j'ai confiance ; que je ne sois pas con-
2. Qu'ils ne triomphent pas de moi, mes ennemis !
[pas confondus.]

Ghimel. Certes, tous ceux qui espèrent en toi, ne seront
3. Ils seront confondus, ceux qui désertent sans
[motif.]

Daleth. 4. Tes voies, Yahwéh, fais-les moi connaître !
Tes sentiers, apprends-les-moi !

Hé. 5a. Dirige-moi dans ta vérité et instruis-moi ;
Car tu es le Dieu de mon salut. [tes faveurs ;

Zain. 6. Souviens-toi de tes miséricordes, Yahwéh, et de
Car c'est de l'éternité qu'elles datent.
[ne te souviens pas ;

Heth. 7. Des fautes de ma jeunesse et de mes révoltes,
8. *Mais* selon ta miséricorde, souviens-toi de moi, à
[cause de ta bonté, Yahwéh !

Teth. 9. Bon et droit est Yahwéh,
C'est pourquoi il remet les égarés dans le chemin.

Yod. 10. Il conduit les pauvres dans la justice,
Il enseigne aux doux sa voie. [fidélité

Kaph. 11. Toutes les voies de Yahwéh, miséricorde et
Pour ceux qui gardent son alliance et ses témoignages.

12. Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

13. Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via, quam elégit.

14. Anima ejus in bonis demorábitur : * et semen ejus hereditábit terram.

15. Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum : * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

16. Oculi mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evéllit de láqueo pedes meos.

17. Réspice in me, et miserére mei : * quia únicus et pauper sum ego.

18. Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : * de necessitatibus meis érué me.

19. Vide humilitátem meam, et labórem meum : * et dimítte univérsa delícta mea.

20. Réspice inimícos meos quóniam multiplicáti sunt, * et ódio iníquo odérunt me.

21. Custódi ánimam meam, et érué me : * non erubéscam quóniam sperávi in te.

22. Innocéntes et recti adhæsérunt mihi : * quia sustínui te.

23. Líbera, Deus, Israél, * ex ómnibus tribulatió- nibus suis.

Réquiem ætéram.

Ant. Delícta juventútis meæ, et ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

Ant. Credo vidére * bona Dómini in terra vivén- tium.

Psalmus 26

DOMINUS illuminátio mea, et salus mea, * quem timébo?

2. Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepi- dábo?

Lamed. 12. Pour la gloire de ton nom, Yahwéh, [péché.

Tu pardonneras mon péché, car bien grand est ce
Mem. 13. Quel est l'homme qui révere Yahwéh?

Il (*Yahwéh*) l'instruira de la voie à choisir.

Nun. 14. Son âme, dans le bien demeure,

Et sa race possédera la terre. [révèrent,

Samech. 15. Les secrets de Yahwéh sont pour ceux qui le
Et son alliance est leur instruction.

Aïn. 16. Mes regards vont sans cesse à Yahwéh,

Car c'est lui qui dégage, du piège, mes pieds.

Phé. 17. Regarde-moi et prends pitié de moi,

Car je suis isolé et pauvre, moi.

Tsadé. 18. Les angoisses de mon cœur se sont multipliées ;

De mes tribulations, fais-moi sortir!

Resch. 19. Vois mon humiliation et ma douleur

Et pardonne toutes mes iniquités!

20. Vois mes ennemis, car ils sont nombreux,

Et violente est la haine de ceux qui me haïssent.

Sin. 21. Garde mon âme et délivre-moi!

Je ne rougirai pas, car j'ai mis mon espoir en toi.

Taw. 22. Que l'innocence et la droiture me protègent,

Car j'ai espéré en toi, *Yahwéh*.

23. Délivre, Elohim, Israël, de toutes ses tribulations.

Le repos éternel.

Ant. Des fautes de ma jeunesse et de mes ignorances,
ne vous souvenez pas, Seigneur.

Ant. J'ai la confiance de voir les biens du Seigneur,
dans la terre des vivants.

Psaume 26. — Joyeux chant de confiance.

YAHWÉH est ma lumière et mon salut,
De qui aurais-je peur?

2. Yahwéh est le soutien de ma vie,
Devant qui tremblerais-je?

3. Dum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

4. Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt, et ceciderunt.

5. Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

6. Si exurgat adversum me proelium, * in hoc ego sperabo.

7. Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae :

8. Ut videam voluptatem Domini, * et visitem templum ejus.

9. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

10. In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

11. Circuvi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : * cantabo, et psalmum dicam Domino.

12. Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, et exaudi me.

13. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea : * faciem tuam, Domine, requiram.

14. Ne avertas faciem tuam a me : * ne declines in ira a servo tuo.

15. Adjutor meus esto : * ne derelinquas me, neque despicias me, Deus, salutaris meus.

16. Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me.

17. Legem pone mihi, Domine, in via tua : *

- II. 3. Quand ils s'approchent de moi, les malfaiteurs,
Pour dévorer ma chair,
4. Mes persécuteurs et mes ennemis à moi,
Ils défaillent et tombent.
- III. 5. Si se dressent contre moi des armées,
Il ne craindra pas, mon cœur ;
6. S'il s'engage contre moi, le combat,
Cela même me donnera confiance.
- IV. 7. Je n'ai demandé qu'une chose à Yahwéh,
Elle m'est bien à cœur ;
(C'est d'habiter dans la maison de Yahwéh,
Tous les jours de ma vie),
8. C'est de jouir de l'amitié de Yahwéh,
Et de veiller sur son sanctuaire.
- V. 9. Car il me cachera dans sa tente,
Aux jours mauvais ;
Il m'abritera dans le mystère de son tabernacle ;
10. Sur le rocher, il me fera monter.
- VI. Dès maintenant, il me fait lever la tête,
Sur mes ennemis, II. autour de moi ; [mation,
Et j'offrirai dans son tabernacle des hosties d'accla-
Mes chants et ma lyre seront à Yahwéh.
- VII. 12. Entends, Yahwéh, la voix de mon appel,
Aie pitié de moi et exauce-moi!
13. C'est à toi que parle mon cœur,
C'est ta face que je cherche.
(Ta face, Yahwéh, je la cherche.)
- VIII. 14. *Toi, Yahwéh*, ne détourne pas — ton visage, de
N'écarte pas, dans ta colère, ton serviteur ! [moi !
15. Sois mon secours !
- IX. Ne me délaisse pas, ne m'abandonne pas,
O Dieu de mon salut !
16. Car mon père et ma mère m'ont abandonné,
Mais Yahwéh m'a recueilli.
- X. 17. Enseigne-moi, Yahwéh, ton chemin,
Et je marcherai dans ta vérité.
-

et dirige me in sémitam rectam propter inimicos meos.

18. Ne tradideris me in ánimas tribulántium me : * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentita est iníquitas sibi.

19. Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

20. Exspécta Dóminum, viríliter age : * et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

℣. Cóllocet eos Dóminus cum princípibus. ℞. Cum princípibus pópuli sui.

Pater noster, *totum secreto.*

LECTIO IV

Ex libro sancti Augustíni Epíscopi
de cura pro mórtuis gerénda.

Cap. 2 et 3.

CURATIO fúneris, condítio sepultúræ, pompa exsequiarum magis sunt vivórum solátia, quam subsídia mortuórum. Nec ídeo tamen contemnéndam et abjiciéndam sunt córpora defunctórum, maximéque justórum ac fidélium, quibus tamquam órganis et vasis ad ómnia bona ópera sancte usus est spíritus. Si enim patérna vestis et ánulus, ac si quid hujúsmodi, tanto cárius est pósteris, quanto erga paréntes major afféctus : nullo modo ipsa spernéndam sunt córpora, quæ útique multo familiárius atque conjúctius quam quælibet induménta gestámus. Hæc enim non ad ornáméntum vel adjutórium, quod adhibétur extrínsecus, sed ad ipsam natúram hóminis pértinent. Unde et antiquórum justórum fúnera officiósam pietáte curáta sunt, et exséquiæ celebrátæ, et

Guide-moi par des sentiers de droiture,
A cause de mes persécuteurs.

XI. 18. Ne me livre pas, *Yahwéh*,
A la passion de mes adversaires ;
Car de faux témoins se sont levés contre moi,
Et il y a un souffle de violence.

XII. 19. J'espère contempler les biens de *Yahwéh*,
Dans la terre des vivants. — 20. Espère en *Yahwéh* !
Sois fort et qu'il s'affermisse, ton cœur !
Espère en *Yahwéh* !

Le repos éternel.

Ant. J'ai la confiance de voir les biens du Seigneur
dans la terre des vivants.

¶. Qu'il les place, le Seigneur, avec les princes. R. y.
Avec les princes de son peuple.

Notre Père, *tout entier à voix basse.*

LEÇON IV

Du livre de saint Augustin, Évêque,
sur les devoirs envers les morts.

Chapitres 2 et 3.

LES soins apportés à l'ensevelissement, le choix de la sépulture, la pompe des obsèques sont plutôt une consolation pour les vivants, qu'un profit pour les morts. Il ne faut cependant pas, pour autant, mépriser et rejeter les corps des défunts, surtout ceux des justes et des fidèles, dont l'esprit s'est servi saintement, comme d'organes et d'instruments, pour toutes les bonnes œuvres. Car si l'habit et l'anneau d'un père, et autres objets de ce genre, sont d'autant plus chers aux descendants, que leur amour filial est plus vivant, on ne peut absolument pas dédaigner les corps eux-mêmes, unis à nous plus intimement et plus étroitement que n'importe quels vêtements. Ils ne font pas partie des ornements ou des instruments que nous nous ajoutons du dehors, mais de la nature même de l'homme. Aussi s'occupait-on avec une piété empressée, des funérailles des justes d'autrefois, de la célébration de leurs

sepultúra provísa ; ipsíque, cum víverent, de sepe-
liéndis vel étiam transferéndis suis corpóribus filiis
mandavérunt.

Ry. Meménto mei, Deus, quia ventus est vita mea,
* Nec aspíciat me visus hóminis. V̄. De profúndis
clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi vocem
meam. Nec.

LECTIO V

Cap. 4.

RECORDANTIS et precántis afféctus cum defúntis
a fidélibus caríssimis exhibétur, eum prodésse
non dúbium est iis, qui cum in córpore víverent,
tália sibi post hanc vitam prodésse meruérunt. Verum,
etsi áliqua necéssitas vel humári córpora, vel in sacris
locis humári nulla data facultáte permíttat, non sunt
prætermitténdæ supplicatiónes pro spirítibus mortuó-
rum : quas faciéndas pro ómnibus in christiána et
cathólica societáte defúntis, étiam tácitis eórum nomí-
nibus, sub generáli commemoratióne suscepit Ecclé-
sia ; ut quibus ad ista desunt paréntes, aut filii, aut
quicúmque cognáti vel amíci, ab una eis exhibeántur
pia matre commúni. Si autem deéssent istæ supplica-
tiónes, quæ fiunt recta fide ac pietáte pro mórtuis,
puto quod nihil prodésset spirítibus eórum, quám-
libet in locis sanctis exánima córpora poneréntur.

Ry. Hei mihi, Dómine, quia peccávi nimis in vita
mea : Quid fáciam, miser? ubi fúgiam, nisi ad te,
Deus meus? * Miserére mei, dum véneris in novíssi-
mo die. V̄. Anima mea turbáta est valde, sed tu,
Dómine, succúrre ei. Miserére.

LECTIO VI

Cap. 18.

QUÆ cum ita sint, non existimémus ad mórtuos,
pro quibus curam gérimus, perveníre, nisi quod

obsèques, de la préparation de leur tombeau ; et eux-mêmes, durant leur vie, avaient ordonné à leurs enfants d'ensevelir ou même de transférer leurs corps.

Ry. Souvenez-vous de moi, mon Dieu, car ma vie est un souffle, * Et qu'il ne me regarde plus, l'œil de l'homme. V. Des profondeurs j'ai crié vers vous, Seigneur ; Seigneur, entendez ma voix. Et que.

LEÇON V

Chapitre 4.

MÉMOIGNÉ aux défunts par des fidèles qui leur sont chers, un amour qui se souvient et qui prie, est certainement profitable à ceux qui, durant leur vie corporelle, ont mérité que de telles choses leur soient utiles après cette vie. Mais si une certaine nécessité permet d'ensevelir les corps, même dans les lieux saints, sans rétribution aucune, il ne faut pourtant pas oublier les supplications pour les esprits des défunts. Pour tous ceux qui sont morts dans la communion chrétienne et catholique, la Sainte Église a pris sur elle de faire ces prières, même sans mention de noms particuliers, dans une commémoration générale, afin qu'à ceux qui n'ont, pour cet office, ni parents ni enfants, ni proches, ni amis, ce service soit rendu par la tendre Mère de tous. Mais si l'on omettait ces supplications d'une foi et d'une piété bien entendues, pour les défunts, je pense qu'il ne servirait de rien à leurs esprits, d'avoir leurs cadavres ensevelis dans des lieux saints.

Ry. Malheur à moi, Seigneur, car j'ai beaucoup péché dans ma vie : Que ferai-je, malheureux ? Où pourrai-je fuir, sinon vers vous, mon Dieu ? * Ayez pitié de moi quand vous viendrez, au dernier jour. V. Mon âme est grandement troublée, mais vous, Seigneur, venez à son aide. Ayez pitié.

LEÇON VI

Chapitre 18.

CELA étant, ne pensons pas atteindre les morts dont nous avons soin, autrement que par les solennelles

pro eis sive altáris, sive oratiónum, sive eleemosynárum sacrificiis solémniter supplicámus : quamvis non pro quibus fiunt, ómnibus prosint ; sed iis tantum pro quibus, dum vivunt, comparátur ut prosint. Sed quia non discérnimus qui sunt, opórtet ea pro regenerátis ómnibus fácere, ut nullus eórum prætermittátur, ad quos hæc beneficia possint et débeant pervenire. Mélius enim supérerunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt ; quam eis déerunt, quibus prosunt. Diligéntius tamen facit hæc quisque pro necessariis suis, quo pro illo fiat simíliter a suis. Córpori autem humándo quidquid impénditur, non est præsidium salútis, sed humanitátis officium, secúndum afféctum quo nemo umquam carnem suam ódio habet. Unde opórtet ut quam potest pro carne próximi curam gerat, cum ille inde recésserit, qui gerébat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent fácere, qui credunt ; ut córpori mórtuo, sed tamen resurrectúro et in æternitate mansúro, impénsus ejúsmodi officium sit étiam quodámodo ejúsdem fidei testimónium!

Ry. Ne recordéris peccáta mea, Dómine, * Dum véneris judicáre sæculum per ignem. V. Dírige, Dómine Deus meus, in conspéctu tuo viam meam. Dum. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine : et lux perpétua lúceat eis. Dum.

IN III NOCTURNO

Ant. Compláceat * tibi, Dómine, ut erípias me : Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Psalmus 39

EXSPECTANS expectávi Dóminum, * et inténdit mihi.

supplications des sacrifices de l'autel, des prières ou des aumônes, bien qu'ils ne profitent pas à tous ceux pour qui on les fait, mais à ceux-là seuls qui en ont, durant la vie, mérité le profit. Toutefois, comme nous ne les connaissons pas, il faut faire ces choses pour tous les baptisés, afin que pas un de ceux que ces bienfaits peuvent et doivent atteindre, ne soit oublié. Ils seront superflus à ceux auxquels ils ne peuvent, ni servir, ni nuire ; cela vaut mieux que s'ils faisaient défaut à ceux auxquels ils doivent profiter. On accomplit cependant ces choses avec plus d'empressement pour ses proches, afin de les obtenir soi-même, des siens. Maintenant, tout ce que l'on consacre à l'inhumation du corps n'est pas une aide pour le salut, mais un devoir d'humanité imposé par cet amour qui défend de détester sa propre chair. Aussi doit-on se soucier le plus possible de la chair de son proche, quand celui qui la portait est parti. Et si ceux qui ne croient pas à la résurrection agissent ainsi, combien plus doivent faire ceux qui y croient : pour que ce devoir, rendu au corps qui est cadavre mais appelé à ressusciter et à demeurer dans l'éternité, soit comme une affirmation de cette foi !

Ry. Ne vous souvenez pas, Seigneur, de mes péchés,
* Quand vous viendrez juger ce siècle par le feu.
V. Dirigez, Seigneur, mon Dieu, en votre présence, ma voie. Quand. V. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur, et que la lumière perpétuelle brille sur eux.
Quand.

AU III^{èmes} NOCTURNE

Ant. Qu'il vous plaise, Seigneur, de me délivrer ; Seigneur, voyez à me secourir.

Psaume 39

I^{re} PARTIE. — *Chant d'action de grâces.*

DANS mon attente, j'ai soupiré après Yahwéh,
Et il s'est incliné vers moi,

2. Et exaudivit preces meas : * et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fæcis.

3. Et statuit super petram pedes meos : * et direxit gressus meos.

4. Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

5. Videbunt multi, et timebunt : * et sperabunt in Domino.

6. Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : * et non respexit in vanitates et insanias falsas.

7. Multa fecisti tu, Domine, Deus meus, mirabilia tua : * et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

8. Annuntiavi et locutus sum : * multiplicati sunt super numerum.

9. Sacrificium et oblationem noluisti : * aures autem perfecisti mihi.

10. Holocaustum et pro peccato non postulasti : * tunc dixi : Ecce, venio.

11. In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.

12. Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna, * ecce labia mea non prohibebo : Domine, tu scisti.

13. Justitiam tuam non abscondi in corde meo : * veritatem tuam et salutarem tuum dixi.

14. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam * a concilio multo.

2. Et il a entendu mon cri d'appel,
Et il m'a sauvé.
- II. Et il m'a fait remonter de la fosse de perdition,
Du borbier fangeux.
3. Il a établi, sur la pierre, mes pieds ;
Il a affermi mes pas.
- III. 4. Et il a mis dans ma bouche un chant nouveau,
Un hymne à notre Dieu.
5. Beaucoup, à ce spectacle, auront grande révérence,
Et ils se confieront en Yahwéh.
- IV. 6. Bienheureux l'homme qui a pris
Yahwéh pour garant,
Et qui ne s'est pas tourné vers les orgueilleux
Et les apostats menteurs.
- V. 7. Tu les as faites nombreuses, Yahwéh,
Mon Dieu, tes merveilles.
Et quant à tes desseins sur nous,
Nul ne t'est comparable.
- VI. 9. La victime et l'offrande, tu ne les as pas désirées,
Mais tu m'as creusé des oreilles.
10. L'holocauste et l'hostie pour le péché, tu ne les as pas
Alors j'ai dit : Voici que je viens. [demandés.
- VII. 11. Dans le rouleau du livre, il est écrit de moi,
Que je fasse ta volonté.
Mon Dieu, j'ai désiré...
Et ta loi au milieu de mon cœur.
- VIII. 12. J'ai annoncé ta justice,
Dans une grande assemblée.
Vois! mes lèvres, je ne les ai pas liées,
Yahwéh, tu le sais.
- IX. 13. Ta justice, je ne l'ai pas cachée,
Au fond de mon cœur.
Ta vérité et ton salut, je les ai dits ;
14. Je n'ai pas caché ta miséricorde et ta vérité
A une grande assemblée.
-

15. Tu autem, Dómine, ne longe fácias miseratió-
nes tuas a me : * misericórdia tua et véritas tua semper
suscepérunt me.

16. Quóniam circumdedérunt me mala, quorum
non est númerus : * comprehendérunt me iniquitátes
meæ, et non pótui ut vidérem.

17. Multiplicátæ sunt super capillos cápitis mei : *
et cor meum derelíquit me.

18. Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me : *
Dómine, ad adjuvándum me réspice.

19. Confundántur et revereántur simul, qui quæ-
runt ánimam meam, * ut áuferant eam.

20. Convertántur retrórsum, et revereántur, * qui
volunt mihi mala.

21. Ferant conféstim confusiónem suam, * qui
dicunt mihi : Euge, euge.

22. Exsúltent et læténtur super te omnes quæréntes
te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui
diligunt salutáre tuum.

23. Ego autem mendícus sum, et pauper : * Dó-
minus sollicitus est mei.

24. Adjútor meus, et protéctor meus tu es : * Deus
meus, ne tardáveris.

Réquiem ætéram.

Ant. Compláceat tibi, Dómine, ut erípias me :
Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Ant. Sana, Dómine, * ánimam meam, quia peccávi
tibi.

X. 15. Et toi, Yahwéh, tu n'éloigneras pas,
De moi, ton amour ;
Ta miséricorde et ta vérité
Toujours me soutiendront.

Strophes de transition.

XI. 16a. Car ils m'ont entouré, les maux,
Jusqu'à ne plus compter.

8. Je voudrais les manifester et les dire,
Ils dépassent le calcul.

XII. 16b. Elles m'ont saisi, mes iniquités,
Et je ne puis plus voir ;

17. Elles sont plus nombreuses que les cheveux de ma [tête,
Et mon courage m'abandonne.

2^e PARTIE. — *Anxieuse supplication.*

I. 18. Qu'il te plaise, Yahwéh, de me délivrer,
Yahwéh, à mon secours, hâte-toi! [ensemble)

19. Qu'ils soient confondus et couverts de honte (tous
Ceux qui poursuivent mon âme (pour la perdre).

II. 20. Qu'ils reculent et qu'ils rougissent,
Ceux qui veulent mon malheur!

21. Qu'ils s'en retournent à cause de leur honte,
Ceux qui me disent : Ah! Ah!

III. 22. Qu'ils exultent et qu'ils se réjouissent en toi,
Tous ceux qui te cherchent!

Qu'ils disent toujours : Magnifié soit Yahwéh!
Ceux qui aiment ton salut!

IV. 23. Et moi je suis pauvre et malheureux.
Adonaï, viens vite à moi!

24. Mon secours et mon libérateur, c'est toi ;
Mon Dieu, ne tarde pas!

Le repos éternel.

Ant. Qu'il vous plaise, Seigneur, de me délivrer ;
Seigneur, voyez à me secourir.

Ant. Guérissez, Seigneur, mon âme, car j'ai péché
contre vous.

Psalmus 40

BEATUS qui intélligit super egénium, et páuperem : *
in die mala liberábit eum Dóminus.

2. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et
beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in
ánimam inimicórum ejus.

3. Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris
ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte
ejus.

4. Ego dixi : Dómine, miserére mei : * sana áni-
mam meam, quia peccávi tibi.

5. Inimíci mei dixerunt mala mihi : * Quando
moriétur, et períbit nomen ejus?

6. Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur : *
cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

7. Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

8. Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei : *
advérsum me cogitábant mala mihi.

9. Verbum iníquum constituérunt advérsum me : *
Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat?

10. Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi : * qui
edébat panes meos, magnificávit super me supplanta-
tiónem.

11. Tu autem, Dómine, miserére mei, et resúscita
me : * et retríbuam eis.

12. In hoc cognóvi quóniam voluísti me : * quón-
iam non gaudébit inimícus meus super me.

13. Me autem propter innocéntiam suscepísti : *
et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

14. Benedictus Dóminus, Deus Israël, a sáculo
et usque in sáculum : * fiat, fiat.

Réquiem ætérnam.

Ant. Sana, Dómine, ánimam meam, quia peccávi
tibi.

Psaume 40. — Prière d'un malade.

BIENHEUREUX qui pense sagement à l'infirmes et au
Au jour mauvais, Yahwéh le délivrera. [pauvre!

2. Yahwéh le gardera et le fera vivre ;
(Il le rendra heureux dans le pays),
Et il ne le livrera pas au bon plaisir de ses ennemis.

3. Yahwéh le soutiendra sur son lit de douleur ;
Sur son lit, il le fortifiera durant sa maladie.

II. 4. Pour moi, je dis : Yahwéh, aie pitié de moi !
Guéris mon âme, car j'ai péché contre toi !

5. Mes ennemis disent du mal *de* moi :
« Quand mourra-t-il ? et périra-t-il, son nom ? »

6. Si quelqu'un vient me voir, c'est avec un cœur faux ;
Il ramasse en lui de la malice et *7a.* en sortant, il la dit.

III. *7b.* Ensemble, 8. à mon sujet, ils chuchotent,
Tous mes ennemis méditent le mal contre moi :

9. « Une affaire de Bélial est tombée sur lui,
Et celui qui est couché ne saurait plus se relever ».

10. Même mon intime, en qui je me confiais,
Celui qui mange mon pain *a comploté contre moi.*

IV. 11. Mais toi, Yahwéh, aie pitié de moi et fais-moi lever,
Et je réglerai leur compte.

12. En ceci je reconnaîtrai que tu te complais en moi :
Qu'il ne jubile pas, mon ennemi, à mon sujet !

13. Et moi, tu m'as soutenu à cause de mon intégrité,
Et tu m'as établi devant ta face pour toujours.

14. Béni soit Yahwéh, le Dieu d'Israël, de siècle en siècle !
[Amen. Amen!

Le repos éternel.

Ant. Guérissez, Seigneur, mon âme, car j'ai péché
contre vous.

Ant. Sitívit * ánima mea ad Deum vivum : quando véniam, et apparébo ante fáciem Dómini?

Psalmus 41

QUEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum : * ita desiderat ánima mea ad te, Deus.

2. Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

3. Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

4. Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

5. In voce exsultatiónis, et confessiόνis : * sonus epulántis.

6. Quare tristis es, ánima mea? * et quare contúrbas me?

7. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

8. Ad meípsum ánima mea conturbáta est : * própterea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte mó dico.

9. Abýssus abýssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

10. Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

11. In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * et nocte cánticum ejus.

12. Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Suscéptor meus es.

13. Quare oblítus es mei ? * et quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Ant. Elle a soif, mon âme, du Dieu vivant ; quand viendrai-je et apparaîtrai-je devant la face du Seigneur ?

Psaume 41. — *Prière d'un prêtre exilé ou pénitent.*

I. *Le souvenir des beaux jours.*

COMME le cerf soupire après les eaux courantes,
Ainsi mon âme soupire après toi, Elohim.

2. Elle a soif, mon âme, d'Elohim, le Dieu vivant.

Quand irai-je et quand verrai-je la face d'Elohim ?

3. Elles sont pour moi, mes larmes, pain de jour et de

[nuit,

Parce qu'on me dit chaque jour : Où est ton Dieu ?

4. Voici ce dont je me souviens, en répandant sur moi

[mon âme :

C'est que je marchais accompagné des grands, vers la

[*maison d'Elohim*

5. Au son de la trompette et aux acclamations de la

[foule en fête.

Refrain.

6. Pourquoi t'abattre, ô mon âme, et gémir sur moi ?

7. Espère en Elohim, car je le louerai encore,

Le salut de ma face et mon Dieu !

II. *La tristesse du présent.*

8. Sur moi, mon âme s'est abattue, parce que je pense

[à toi,

Du pays du Jourdain et de l'Hermon, de la montagne

[de Mitséar

9. Le flot appelle le flot dans le mugissement de tes

[tempêtes ;

10. Toutes tes vagues et tes ondées, sur moi, ont passé.

11. (Que Yahwéh envoie, le jour, sa faveur et, la nuit,

[son cantique).

12. *Chaque jour*, en moi-même, je prie le Dieu vivant ;

Je dis à Dieu, mon rocher ; — 13. pourquoi m'as-tu

[oublié ?

Pourquoi m'en vais-je, sombre, sous l'oppression de

[l'ennemi ?

14. Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

15. Dum dicunt mihi per singulos dies : Ubi est Deus tuus? * quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?

16. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Réquiem æternam.

Ant. Sitivit anima mea ad Deum vivum : quando veniam, et apparebo ante faciem Domini?

℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. ℞. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Pater noster, *totum secreto.*

LECTIO VII

De Epístola prima beati Pauli Apóstoli
ad Corínthios.

Cap. XV, 12-22.

SI Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides vestra. Invenimur autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum quod suscitaverit Christum; quem non suscitavit, si mortui non resurgunt. Nam, si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris; ergo et qui dormierunt in Christo perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium; quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mor-

14. Tandis que mes os sont brisés, ils m'insultent, mes
[persécuteurs,
15a. En me disant chaque jour : Où est ton Dieu?

Refrain.

15b. Pourquoi t'abattre, ô mon âme, et gémir sur moi?

16. Espère en Elohim, car je le louerai encore,

Le salut de ma face et mon Dieu!

Le repos éternel.

Ant. Elle a soif, mon âme, du Dieu vivant ; quand viendrai-je et apparaîtrai-je devant la face du Seigneur?

℣. Ne livre pas aux bêtes les âmes qui te louent.

℞. Et n'oublie pas toujours les âmes de tes pauvres.

Notre Père, *tout entier à voix basse.*

LEÇON VII

De la première Épître du bienheureux Paul Apôtre,
aux Corinthiens.

Chapitre XV, 12-22.

SI du Christ l'on prêche qu'il est ressuscité des morts, comment certains d'entre vous disent-ils qu'il n'y a pas de résurrection des morts? Mais s'il n'y a pas de résurrection des morts, le Christ lui non plus n'est pas ressuscité. Et si le Christ n'est pas ressuscité, vaine est notre prédication et vaine est votre foi ; nous nous trouvons alors être de faux témoins de Dieu, puisque, contre Dieu, nous attestons qu'il a ressuscité le Christ, alors qu'il ne l'a pas ressuscité, si les morts ne ressuscitent pas... Car si les morts ne ressuscitent pas, le Christ non plus n'est pas ressuscité. Que si le Christ n'est pas ressuscité, vaine est votre foi, car vous êtes encore en vos péchés, et ceux qui se sont endormis dans le Christ ont péri. Si c'est seulement en cette vie que nous espérons dans le Christ, nous sommes les plus malheureux de tous les hommes. Maintenant au contraire le Christ est ressuscité des morts, car en vérité, par l'homme est venue la mort, et par l'homme, la résurrection des morts. Et de

tuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.

R̄. Peccantem me quotidie, et non me poenitentem, timor mortis conturbat me : * Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei, Deus, et salva me. †. Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia.

LECTIO VIII

Cap. XV, 35-44.

SED dicet aliquis : Quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta, tritici aut alicujus ceterorum ; Deus autem dat illi corpus sicut vult, et unicuique semen proprium corpus. Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominum, alia vero pecorum, alia volucrum, alia autem piscium : et corpora caelestia, et corpora terrena ; sed alia quidem caelestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum ; stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione ; seminatur in ignobilitate, surget in gloria ; seminatur in infirmitate, surget in virtute ; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.

R̄. Domine, secundum actum meum noli me iudicare : nihil dignum in conspectu tuo egi ; ideo deprecor majestatem tuam, * Ut tu, Deus, deleas iniquita-

1. L'expression : *corps spirituel*, signifie corps spiritualisé, complètement soumis à l'empire de l'âme spirituelle, mais gardant ce qui est essentiel au corps et le distingue de l'esprit, à savoir l'étendue. Déjà, au temps de S. Augustin, puis de S. Thomas, il y avait, et il y a encore aujourd'hui, des gens qui prétendent que le corps ressuscité est esprit,

même qu'en Adam, tous sont morts, ainsi dans le Christ, tous seront revivifiés.

R⁷. En moi qui pêche chaque jour et n'en fais pas pénitence, la crainte de la mort met le trouble : * Puisqu'en enfer, il n'y a plus de rédemption, ayez pitié de moi, mon Dieu et sauvez-moi. V. Seigneur, en votre nom sauvez-moi, et en votre puissance, délivrez-moi ! Puisque.

LEÇON VIII

Chapitre XV, 35-44.

3. Avertantur retrorsum, et erubescant, * qui vo-
lunt mihi mala.

4. Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt
mihi : Euge, euge.

5. Exsultent et laetentur in te omnes qui quaerunt
te, * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui
diligunt salutare tuum.

6. Ego vero egenus, et pauper sum : * Deus,
adjuva me.

7. Adjutor meus, et liberator meus es tu : * Domi-
ne, ne moreris.

Réquiem aeternam.

Psalmus 84

BENEDIXISTI, Domine, terram tuam : * avertisti
captivitatem Jacob.

2. Remisisti iniquitatem plebis tuae : * operuisti
omnia peccata eorum.

3. Mitigasti omnem iram tuam : * avertisti ab ira
indignationis tuae.

4. Converterte nos, Deus, salutaris noster : * et averte
iram tuam a nobis.

5. Numquid in aeternum irasceris nobis? * aut
extendes iram tuam a generatione in generatio-
nem?

A SEXTÉ

Après avoir dit, à voix basse : Notre Père
et : Je vous salue Marie, on commence immé-
diatement les Psaumes.

Psaume 69. — Anxieuse supplication.

- Q**U'IL te plaise, Yahwéh, de me sauver,
Yahwéh, à mon secours hâte-toi! [ensemble),
2. Qu'ils soient confondus et couverts de honte (tous
Ceux qui poursuivent mon âme!
II. 3. Qu'ils reculent et qu'ils rougissent,
Ceux qui veulent mon malheur!
4. Qu'ils s'en retournent à cause de leur honte,
Ceux qui (me) disent : Ah! Ah!
III. 5. Qu'ils exultent et qu'ils se réjouissent en toi,
Tous ceux qui te cherchent!
Qu'ils disent toujours : Magnifié soit Yahwéh!
Ceux qui aiment ton salut!
IV. 6. Mais moi je suis pauvre et malheureux,
Adonai, viens vite à moi!
7. Mon secours et mon libérateur, c'est toi ;
Mon Dieu, ne tarde pas.
Le repos éternel.

Psaume 84. — Chant pour le sacrifice.

Avant le sacrifice. Première strophe.

- T**U as béni, Yahwéh, ta terre ;
Tu as changé l'état de servage de Jacob ;
2. Tu as levé l'iniquité de ton peuple ;
Tu as oublié toutes ses fautes ;
3. Tu as déposé toute ta colère ;
Tu as calmé les ardeurs de ton irritation.

Première antistrophe.

4. Convertis-nous, ô Dieu, notre sauveur,
Mets fin à ton indignation à notre sujet.
5. Est-ce pour toujours que tu es irrité contre nous ?
Étends-tu ta colère de génération en génération ?

6. Deus, tu convérsus vivificábis nos : * et plebs tua lætábitur in te.

7. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : * et salutáre tuum da nobis.

8. Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

9. Et super sanctos suos : * et in eos, qui conver-túntur ad cor.

10. Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in terra nostra.

11. Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi : * justítia, et pax osculátæ sunt.

12. Véritas de terra orta est : * et justítia de cælo prospéxit.

13. Etenim Dóminus dabit benignitátem : * et terra nostra dabit fructum suum.

14. Justítia ante eum ambulábit : * et ponet in via gressus suos.

Réquiem ætérnam.

Psalmus 85

INCLINA, Dómine, aurem tuam, et exáudi me : * quóniam inops, et pauper sum ego.

2. Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

3. Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

4. Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis : * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

5. Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam : * et inténde voci deprecatiÓnis meæ.

6. Est-ce que tu ne reviendras pas nous vivifier ?
Et ton peuple se réjouira en toi.

Premier chœur.

7. Fais-nous voir ta miséricorde,
Et donne-nous ton salut.

Après le sacrifice. Deuxième strophe.

8. Écoutons ce que dit Yahwéh,
Ne parle-t-il pas de paix

9. A son peuple et à ses fidèles,
Et à ceux qui tournent vers lui leur cœur ?

10. Oui ! proche de ceux qui le craignent est son salut
Qui fera habiter sa majesté dans notre pays.

Deuxième antistrophe.

11. La miséricorde et la vérité se sont unies,
La justice et la paix se sont embrassées.

12. La vérité a germé de la terre,
La justice a regardé du haut du ciel.

13. Tandis que Yahwéh donnera sa faveur,
Notre terre donnera son fruit.

Deuxième chœur.

14. La justice marchera devant lui
Et guidera, sur le chemin, ses pas.
Le repos éternel.

Psaume 85. — L'âme dévote.

INCLINE, Yahwéh, ton oreille,
Exauce-moi, car je suis malheureux et pauvre, moi.

2. Garde mon âme, car je suis pieux, moi,
Sauve ton serviteur qui a confiance en toi.

II. 3. Tu es mon Dieu, aie pitié de moi, Adonaï,
Car vers toi j'ai crié tout le jour.

Garde l'âme de ton serviteur, Adonaï,
Car vers toi j'ai élevé mon âme.

III. 4. Car toi, Adonaï, tu es bon et indulgent
Et grande est ta miséricorde pour quiconque t'in-

5. Prête l'oreille, Yahwéh, à ma prière, [voque.
Et sois attentif à la voix de ma supplication !

6. In die tribulatiónis meæ clamávi ad te : * quia exaudísti me.

7. Non est símilis tui in diis, Dómine : * et non est secúndum ópera tua.

8. Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine : * et glorificábunt nomen tuum.

9. Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília : * tu es Deus solus.

10. Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiam in veritáte tua : * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

11. Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum :

12. Quia misericórdia tua magna est super me : * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

13. Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

14. Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax,

15. Réspice in me, et miserére mei, * da impérium tuum púero tuo : et salvum fac filium ancíllæ tuæ.

16. Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Réquiem ætérnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad*

¶. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed líbera nos a malo.

¶. A porta inferi. R̄. Erue, Dómine, ánimas eórum.

¶. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

- IV. 6. Au jour de mon angoisse, je t'invoque,
Car tu m'as exaucé.
7. Il n'en est point comme toi parmi les dieux
Et il n'y a rien comme tes œuvres, Adonai.
- V. 8. Que toutes les nations que tu as faites
Viennent et se prosternent devant ta face!
Et qu'elles glorifient ton nom, Adonai,
9a. Car tu es grand et faisant des merveilles.
- VI. 9b. Tu es Elohim toi seul ;
10. Enseigne-moi, Yahwéh, ton chemin!
Que je marche dans la vérité!
Qu'il soit unifié, mon cœur, pour révéler ton nom!
- VII. 11. Je te louerai, mon Dieu, de tout mon cœur
Et je glorifierai ton nom à jamais, Adonai,
12. Car ta miséricorde est grande sur moi
Et tu as délivré mon âme du schéol inférieur.
- VIII. 13. Elohim, les orgueilleux se sont levés contre moi,
Et l'assemblée des violents poursuit mon âme,
Et ils ne t'ont point placé devant eux.
.
- IX. 14. Et toi, Adonai, Dieu libéral et miséricordieux,
Lent à la colère, grand en miséricorde et fidèle,
15a. Regarde vers moi, prends pitié de moi,
16a. Opère un signe en ma faveur.
- X. 15b. Donne ta force à ton serviteur
Et sauve le fils de ta servante ;
16b. Et que ceux qui me haïssent voient, en rougissant,
Que toi, Yahwéh, tu me secours et me consoles.
Le repos éternel.

Les Psaumes étant finis on dit à genoux :

Notre Père, à voix basse, jusqu'au

℣. Ne nous laissez pas succomber à la tentation. ℞. Mais délivrez-nous du mal.

℣. De la puissance de l'enfer. ℞. Délivrez, Seigneur, leurs âmes.

℣. Qu'ils reposent en paix. ℞. Ainsi soit-il.

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Oratio

FIDELIUM, Deus, ómnium cónditor et redémp-tor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió-nibus consequántur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ÿ. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine. R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

Ÿ. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

Et ita absolvitur Sexta, neque aliud adjungitur.

AD NONAM

Dictis secreto : Pater noster et : Ave María, absolute incipitur a Psalmis sequen-tibus :

Psalmus 101, I

DOMINE, exáudi oratiónem meam : * et clamor meus ad te véniat.

2. Non avértas fáciem tuam a me : * in quacúmque die tríbulo, inclína ad me aurem tuam.

3. In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

4. Quia defecérunt sicut fumas dies mei : * et ossa mea sicut crémium aruérunt.

5. Percússus sum ut fœnum, et áruit cor meum : * quia oblítus sum comédere panem meum.

6. A voce gémitus mei : * adhæsit os meum carni meæ.

☩. Seigneur, exaucez ma prière. R̄. Et que mon cri arrive jusqu'à vous.

☩. Que le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.

Oraison

O DIEU, Créateur et Rédempteur de tous les fidèles, accordez aux âmes de vos serviteurs et de vos servantes, la rémission de tous leurs péchés, afin que l'indulgence qu'ils ont toujours désirée, leur soit obtenue par ces pieuses supplications : Vous qui vivez et régnez avec Dieu le Père.

☩. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur. R̄. Et que la lumière perpétuelle luise sur eux.

☩. Qu'ils reposent en paix. R̄. Ainsi soit-il.

Ainsi finit Sexte, sans autre addition.

A NONE

Après avoir dit, à voix basse : Notre Père et : Je vous salue Marie, on commence immédiatement les Psaumes.

Psaume 101, I

1^{re} PARTIE. — Prière d'un mourant.

YAHWÉH, entends ma prière
Et que mon cri jusqu'à toi parvienne!

2. Ne me cache pas ta face,

Au jour de ma détresse!

Incline vers moi ton oreille!

3. Au jour où je crie, vite, exauce-moi!

II. 4. Car ils s'en vont en fumée, mes jours,

Et mes os, comme un brasier se consomment.

5. Il est frappé (comme l'herbe) et se dessèche, mon cœur,

Parce que j'ai oublié de manger mon pain.

6. J'ai tant crié mes gémissements,

Qu'ils se sont collés, mes os, à ma chair.

7. Símilis factus sum pellicáno solitúdinis : * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

8. Vigilávi, * et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

9. Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : * et qui laudábant me, advérsus me jurábant.

10. Quia cínerem tamquam panem manducábam, * et potum meum cum fletu miscébam.

11. A fácie iræ et indignatiónis tuæ : * quia élevans allisísti me.

12. Dies mei sicut umbra declinavérunt : * et ego sicut fœnum áruí.

13. Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes : * et memoriále tuum in generatióem et generatióem.

Réquiem ætérnam.

Psalmus 101, II

MU exsúrgens miseréberis Sion : * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

15. Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : * et terræ ejus miserebúntur.

16. Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * et omnes reges terræ glóriam tuam.

17. Quia ædificávit Dóminus Sion : * et vidébitur in glória sua.

18. Respéxit in oratióem humílium : * et non sprexit precem eórum.

19. Scribántur hæc in generatióne áltera : * et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

20. Quia prospéxit de excélsso sancto suo : * Dóminus de cælo in terram aspéxit :

21. Ut audíret gémitus compeditórum : * ut sólveret fílios interemptórum :

- III. 7. Je suis semblable au pélican du désert,
Je suis comme le hibou des ruines ;
8. Je veille et je suis devenu
Comme l'oiseau solitaire sur le toit.
9. Tous les jours ils m'outragent, mes ennemis,
Mes insulteurs jurent par moi.
- IV. 10. Car la poussière, comme du pain je la mange
Et ma boisson, à mes larmes je la mêle,
11. Sous l'effet de ta colère et de ta fureur,
Car tu m'as soulevé et jeté au loin.
12. Mes jours, comme l'ombre, s'inclinent,
Et moi, comme l'herbe, je me dessèche.
- La conclusion de cette prière est au début de la III^e section, et le v. 13 se rattache à la 2^e partie.
- I. 13. Toi, Yahwéh, éternellement tu règnes
Et ton souvenir, de génération en génération.
Le repos éternel.

Psaume 101, II

2^o PARTIE. — *Restauration de Jérusalem et triomphe des élus.*

- L**ÈVE-TOI, prends pitié de Sion, [temps,
Car il est temps de lui faire grâce, car il est venu le
15. Car ils aiment, tes serviteurs, ses pierres,
Même sa poussière, ils la chérissent.
- II. 16. Et elles vénéreront, les nations, le nom de Yahwéh
Et les rois de la terre, ta gloire,
17. Car il rebâtira, Yahwéh, Sion
Et il apparaîtra dans sa gloire.
18. Il s'incline vers la prière du malheureux,
Et il n'a pas méprisé leur supplication.
- III. 19. Écrivez ceci pour la génération future,
Et un peuple encore à créer louera Yah. [Yahwéh,
20. Quand il aura regardé de ses saintes hauteurs,
Quand des cieux sur la terre il se sera incliné,
21. Pour entendre les gémissements des captifs,
Pour délivrer les fils de la mort.

22. Ut annúntient in Sion nomen Dómini : * et laudem ejus in Jerúsalem.

23. In conveniéndo pópulos in unum, * et reges ut sérviant Dómino.

Réquiem ætérrnam.

Psalmus 101, III

RESPONDIT ei in via virtútis suæ : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

25. Ne révoques me in dimídio diérum meórum : * in generatióem et generatióem anni tui.

26. Inítio, tu, Dómine, terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

27. Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

28. Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

29. Fílii servórum tuórum habitábunt : * et semen eórum in sæculum dirigétur.

Réquiem ætérrnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióem. ℞. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi. ℞. Erue, Dómine, ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

℣: Dómine exáudi oratióem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Oratio

FIDELIUM, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum

- Les vv. suivants seraient mieux placés après v. 29, en conclusion.
22. Pour publier dans Sion le nom de Yahwéh
Et ses louanges dans Jérusalem,
23. Quand ils s'assembleront, les peuples, tous ensemble,
Et les royaumes pour servir Yahwéh.
Le repos éternel.

Psaume 101, III

Conclusion de la prière du mourant.

- I**L a brisé, sur le chemin, ma force,
Abrégé mes jours.
25. J'ai dit : Mon Dieu, ne m'enlève pas,
Au milieu de mes jours,
Toi dont les années durent éternellement.

Reprise de la 2^e Partie.

- IV. 26. Il y a longtemps que la terre a été par toi fondée,
Et qu'elle a fait, ta main, les cieux.
27. Eux passeront, mais toi tu demeures ;
Oui, toutes ces choses comme un vêtement vieillissent.
28. Comme un habit tu les changeras et ils changeront,
Mais toi, tu es le même et tes années ne finissent pas.
- V. 29. Les fils de tes serviteurs auront une demeure fixe,
Et leur postérité devant toi se tiendra¹.
Le repos éternel.

Les Psaumes étant finis, on dit à genoux

Notre Père, à voix basse, jusqu'au

Ÿ. Ne nous laissez pas succomber à la tentation. R̄. Mais délivrez-nous du mal.

Ÿ. De la puissance de l'enfer. R̄. Délivrez, Seigneur, leurs âmes.

Ÿ. Qu'ils reposent en paix. R̄. Ainsi soit-il.

Ÿ. Seigneur, exaucez ma prière. R̄. Et que mon cri arrive jusqu'à vous.

Ÿ. Que le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.

Oraison

O DIEU, Créateur et Rédempteur de tous les fidèles, accordez aux âmes de vos serviteurs et de vos

1. La fin de la strophe est aux versets 22 et 23.

remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine. ℞. Et lux perpétua luceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

Et ita absolvitur Nona, neque aliud adjungitur.

¶ Post Nonam, celebrata Missa, terminatur Officium Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum ; et Vesperæ dicuntur de sequenti Officio, ut in I Vesperis.

DIE 3 NOVEMBRIS
DE III DIE INFRA OCTAVAM
OMNIUM SANCTORUM

SEMIDUPLEX



IN II NOCTURNO

LECTIO IV

De sermóne sancti Bedæ Venerábilis, Presbýteri.

Sermo 18 de Sanctis.

NULLA erit tunc usquam discórdia, sed cuncta consona, cuncta conveniéntia ; quia ómnium erit Sanctórum una concórdia, pax cuncta et lætítia continet, tranquílla sunt ómnia et quiéta. Jugis splendor, non iste qui nunc est, sed tanto clárior, quanto felícior ; quia cívitas, ut légitur, illa non egébit lúmíne solis, sed Dóminus omnípotens illuminábit eam, et lucérna ejus est Agnus. Ibi Sancti fulgébunt ut stellæ

servantes, la rémission de tous leurs péchés, afin que l'indulgence qu'ils ont toujours désirée, leur soit obtenue par ces pieuses supplications. Vous qui vivez et réglez avec Dieu le Père.

¶. Le repos éternel donnez-le-leur, Seigneur. R̄. Et que la lumière perpétuelle luise sur eux.

¶. Qu'ils reposent en paix. R̄. Ainsi soit-il.

Ainsi finit None, sans autre addition.

¶ Après None, la messe étant célébrée, l'Office de la Commémoration de tous les Fidèles Défunts est terminé et l'on dit les I^{es} Vêpres, de l'Office suivant.

3 NOVEMBRE
TROISIÈME JOUR DANS L'OCTAVE
DE LA TOUSSAINT
SEMIDOUBLE



AU II^{ème} NOCTURNE

LEÇON IV

Du sermon de saint Bède le Vénérable, prêtre.

Sermon 18 sur les Saints.

ALORS on ne verra jamais plus de discorde, mais tout s'harmonisera, tout s'accordera ; car il y aura unité de tous les Saints, la paix et la joie engloberont toutes choses, tout sera tranquille et calme. Une continuelle clarté, non pas celle de maintenant, mais d'autant plus éclatante qu'elle sera plus heureuse. *Car cette cité, comme on le lit, n'aura pas besoin de la lumière du soleil, mais le Seigneur tout-puissant l'éclairera, et sa lampe, c'est l'Agneau*¹. Là brilleront les Saints, comme des étoiles, pour

1. Apoc. XXI, 23.

in perpétuas æternitátes, et sicut splendor firmaménti qui erúdiunt multos.

R̄. Abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis Sanctórum : et jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, * Quóniam prióra transiérunt. V̄. Non esúrient, neque sítient ámplius, neque cadet super illos sol neque ullus æstus. Quóniam.

LECTIO V

QUAPROPTER NOX ibi nulla, nullæ ténebræ, concúrsus núbium nullus, nec frígoris aut ardóris aspéritas ulla. Sed talis quædam erit rerum tempéries, qualem nec óculus vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, nisi illórum qui ea pérfrui digni inveniúntur, quorum nómina scripta sunt in libro vitæ ; qui et lavérunt stolas suas in ságuine Agni, et sunt ante sedem Dei serviúntque ei die ac nocte. Non est senéctus ibi, nec senectútis miséria, dum omnes occúrrunt in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

R̄. Pretiósá in conspéctu Dómini * Mors Sanctórum ejus. V̄. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors.

LECTIO VI

VERUM, super hæc ómnia est consociári Angelórum et Archangelórum cœtibus, Thronis étiam et Dominationibus, Principátibus et Potestátibus, omniúmque cæléstium supernárum Virtútum contubérniis pérfrui, et intuéri ágmina Sanctórum splendídius sidéribus micántia, Patriarchárum fide fulgéntia, Pro-

1. *Daniel XII, 3.* — 2. *I Cor. II, 9.* — 3. *Apoc. VII, 14.* — 4. *Ephes. IV, 13.* La parole de S. Paul, en son sens littéral et premier, s'applique à la croissance de notre vie spirituelle, et non pas à l'état du corps ressuscité. L'opinion que nous ressusciterons tous à l'âge du Christ est la plus commune, mais n'est pas universelle, et il y a

*des éternités sans fin, et ceux qui en auront instruit beaucoup auront l'éclat du firmament*¹.

R₇. Dieu essuiera toute larme de leurs yeux et il n'y aura plus alors, ni deuil, ni cri, ni aucune douleur, * Parce que les premières choses auront passé. V. Ils n'auront plus faim, ni soif, et le soleil et la chaleur ne les accableront plus. Parce que.

LEÇON V

AUSI bien n'y aura-t-il là aucune nuit, pas de ténèbres, pas d'amoncellement de nuages, nul excès dans le froid ou la chaleur ; mais une harmonie dans les choses, *comme l'œil n'en a point vu, ni l'oreille entendu, comme il n'en est jamais monté au cœur de l'homme*², sinon de ceux trouvés dignes d'en jouir, dont les noms sont écrits au livre de vie, *qui ont lavé leurs robes dans le sang de l'Agneau, et sont devant le trône de Dieu, le servant jour et nuit*³. On n'y trouve point la vieillesse, ni les misères des vieillards, car chacun est en l'achèvement de son être, à la mesure de la stature parfaite du Christ⁴.

R₇. Elle a du prix au regard du Seigneur, * La mort de ses Saints. V. Le Seigneur garde tous leurs os, pas un seul ne sera brisé. La mort.

LEÇON VI

MAIS par-dessus tout cela il y a la joie d'être associé aux chœurs des Anges et des Archanges, de jouir de l'intimité des Trônes et des Dominations, des Principautés et des Puissances, et de toutes les très hautes Vertus du ciel, de voir les armées des Saints brillant avec plus d'éclat que les astres, les Patriarches rayonnant de foi, les Prophètes joyeux de leur espérance, les Apôtres, au

des Pères et des théologiens qui pensent que la diversité des âges fait partie de la beauté du ciel et que les défunts garderont, de l'âge où ils sont morts, les caractéristiques compatibles avec l'état et la vie du corps glorieux.

phetárum spe lætántia, Apostolórum in duódecim tríbubus Israël orbem judicántia, Mártyrum purpúreis victóriæ corónis lucéntia, Vírginum quoque choros candéntia sarta gestántes inspícere.

R̄. Stola jucunditátis índuit eos Dóminus : * Et corónam pulchritúdinis pósuit super cápita eórum. V̄. Cibávit illos Dóminus pane vitæ et intelléctus : et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illos. Et. Glória. Et.

IN III NOCTURNO

LECTIO VII

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Cap. V, 1-12.

IN illo témpore : Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

De homilía sancti Augustíni Epíscopi.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, cap. 2.

BEATI mundo corde ; quóniam ipsi Deum vidébunt. Quam ergo stulti sunt, qui Deum istis exterióribus óculis quærunt, cum corde videátur, sicut álibi scriptum est : Et in simplicitáte cordis quærite illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quemádmódum lumen hoc vidéri non potest, nisi óculis mundis, ita nec Deus vidétur, nisi mundum sit illud quo vidéri potest. Beáti pacífici ; quóniam ipsi fílii Dei vocabúntur. In pace perféctio est, ubi nihil repúgnat ; et ídeo fílii Dei pacífici, quóniam nihil in his resístit Deo, et útique fílii similitúdinem patris habére debent.

R̄. Amávit eos Dóminus, et ornávit eos : stolam glóriæ índuit eos, * Et ad portas paradísi coronávit

milieu des douze tribus d'Israël, jugeant le monde, les Martyrs dont resplendissent les rouges couronnes de victoire, et de contempler aussi les chœurs de Vierges portant des guirlandes éclatantes de blancheur.

Ry. D'une robe d'allégresse, le Seigneur les a revêtus ;
* Et c'est une couronne de beauté qu'il a placée sur leurs têtes. V. Le Seigneur les a nourris du pain de vie et d'intelligence, et c'est de l'eau de la sagesse du salut qu'il les a abreuvés. Et. Gloire au Père. Et.

AU III^{ème} NOCTURNE

LEÇON VII

Lecture du saint Évangile selon saint Matthieu.

Chapitre V, 1-12.

EN ce temps-là, Jésus, voyant les foules, monta sur une montagne et, quand il se fût assis, ses disciples vinrent près de lui. Et le reste.

De l'homélie de saint Augustin, Évêque.

Livre 1 du Sermon du Seigneur sur la montagne, chap. 2.

BIENHEUREUX les cœurs purs, car ils verront Dieu. Qu'ils sont sots ceux qui cherchent Dieu, avec leurs yeux extérieurs, puisque c'est le cœur qui le voit, comme il est écrit en un autre endroit : *Et cherchez-le dans la simplicité du cœur*¹. Un cœur pur, en effet, c'est un cœur simple, et de même que notre lumière ne peut s'apercevoir qu'avec des yeux nets, ainsi Dieu ne se voit-il pas, à moins que ne soit pur ce par quoi on doit le voir. *Bienheureux les pacifiques, parce qu'ils seront appelés fils de Dieu.* La paix n'est parfaite que là où il n'y a plus d'opposition ; voilà pourquoi les fils de Dieu sont pacifiques, rien en eux ne s'oppose à Dieu, et certes les fils doivent bien porter ressemblance de leur père.

Ry. Le Seigneur les a aimés et parés ; il les a revêtus de la robe de gloire, * Et aux portes du Paradis, il les a

1. *Sagesse, I, 1.*

eos. *Ps.* Induit eos Dóminus lorícam fídei, et ornávit eos. Et.

LECTIO VIII

PACIFICI autem in semetípsis sunt, qui, omnes ánimi sui motus componéntes et subjiciéntes ratióni, id est menti et spirítui, carnalésque concupiscéntias habéntes edómitas, fiunt regnum Dei. In quo ita sunt ordináta ómnia, ut id quod est in hómine præcípuum et excéllens, hoc ímperet, céteris non reluctántibus quæ sunt nobis bestiísque commúnia ; atque idípsum quod excéllit in hómine, id est mens et rátio, subjiciátur potióri, quod est ipsa Véritas, unigénitus Fílius Dei. Neque enim imperáre inferióribus potest, nisi superiori se ipse subjíciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra homínibus bonæ voluntátis ; hæc vita consummáti perfectíque sapiéntis.

R. Vidi conjúctos viros, habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti facti amíci Dei. *Ps.* Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem et dicéntem. Isti. Glória Patri. Isti.

LECTIO IX

DE hujúsmodi regno pacatíssimo et ordinatíssimo missus est foras princeps hujus sæculi, qui perversis inordinatísque dominátur. Hac pace intrínsecus constitúta atque firmáta, quascúmque persecutiónes ille, qui foras missus est, forínsecus concitáverit, auget glóriam quæ secúndum Deum est ; non áliquid in illo ædificio labefáctans, sed deficientibus máchinis suis innotéscere fáciens, quanta firmitas intus extrúcta sit. Ideo séquitur : Beáti qui persecutiónem patiúntur propter justítiam ; quóniam ipsórum est regnum cælórum.

Vesperæ de sequenti.

couronnés. V. Le Seigneur les a revêtus de la cuirasse de la foi et il les a parés. Et aux portes.

LEÇON VIII

OR ils sont pacifiques en eux-mêmes, ceux qui ordonnent tous les mouvements inférieurs et les soumettent à la raison, c'est-à-dire à l'intelligence et à l'esprit, et qui, ayant dompté leurs désirs charnels, deviennent royaume de Dieu. En ce royaume, tout est si bien ordonné, que ce qui est supérieur et plus élevé dans l'homme tient le pouvoir, sans résistance de la part de ce qui nous est commun avec les bêtes ; et ce à quoi appartient l'excellence en l'homme, à savoir l'intelligence et la raison, se soumet à ce qui est encore plus grand, à la vérité elle-même, au Fils unique de Dieu. Il est impossible à l'esprit de commander aux forces inférieures, s'il ne se soumet pas lui-même à ce qui le dépasse. Voilà ce qu'est la paix donnée sur terre aux hommes de bonne volonté, voilà la vie du sage achevé et parfait.

R/. J'ai vu des hommes assemblés, portant de splendides vêtements, et l'Ange du Seigneur me parla en disant : * Ceux-ci sont des hommes saints, devenus les amis de Dieu. V. J'ai vu un ange de Dieu, fort, volant au milieu du ciel, criant d'une voix puissante et proclamant. Ceux-ci. Gloire au Père. Ceux-ci.

LEÇON IX

C'EST de ce royaume très calme et très ordonné, qu'a été chassé le prince de ce monde, qui commande aux pervers et aux désordonnés. Grâce à cette paix ainsi réalisée et affermie au dedans, toutes les persécutions que suscite au dehors celui qu'on a chassé, augmentent la gloire qui est selon Dieu. Il ne détruit rien en cet édifice, mais montre, par la faiblesse de ses instruments, quelle force se trouve établie en dedans. Voilà pourquoi on lit ensuite : *Bienheureux ceux qui souffrent persécution pour la justice, car le royaume des cieux est à eux.*

Vêpres du suivant.

DIE 4 NOVEMBRIS

S. CAROLI, EPISCOPI ET CONFESSORIS

DUPLEX

Si de hoc Festo in I Vesperis facta fuerit
tantum Commemoratio, m. t. v.



Oratio

ECCLESIAM tuam, Dómine, sancti Cároli Confessó-
ris tui atque Pontíficis contínaua protectióne
custódi ; ut, sicut illum pastorális sollicitúdo glorió-
sum réddidit : ita nos ejus intercésio in tuo semper
fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio præcedentis diei
infra Octavam.

Ant. O quam gloriósum est regnum * in quo cum
Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis
sequúntur Agnum quocúmque íerit!

Ÿ. Exsultábunt Sancti in glória. R̄. Lætábúntur
in cubílibus suis.

Oratio

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium
Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti
celebritáte venerári ; quæsumus ; ut desiderátam no-
bis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis in-
tercessóribus, largiáris. (Per Dóminum.)

Si vero die 3 Nov. celebrata fuerit Comme-
moratio Omnium Fidelium Defunctorum,
pro Com. Octavæ sumuntur seq. Ant. et Ÿ.
de I Vesp.

Ant. Angeli, * Archángeli, Throni et Dominatiónes,
Principátus et Potestátes, Virtútes cælórum, Chérubim
atque Séraphim, Patriárchæ et Prophétæ, sancti legis

4 NOVEMBRE

SAINT CHARLES, ÉVÊQUE ET CONFESSEUR

DOUBLE

(m. t. v.) si, aux I^{es} Vêpres, on fait seulement Mémoire de cette Fête.



Oraison

VOTRE Église, Seigneur, gardez-la sous la continuelle protection de saint Charles, votre Confesseur, pour que tout comme sa sollicitude pastorale l'a rendu glorieux, ainsi son intercession nous rende fervents en votre amour. Par Notre-Seigneur.

Et l'on fait Mémoire du jour précédent pendant l'Octave.

Ant. O combien est glorieux le règne dans lequel, avec le Christ, se réjouissent tous les Saints ; vêtus de blanches robes, ils suivent l'Agneau partout où il va.

∩. Ils exulteront, les Saints, en gloire. R̄. Ils se réjouiront sur leurs lits de repos.

Oraison

DIEU tout-puissant et éternel, qui nous permettez de vénérer en une seule solennité, les mérites de tous vos Saints, nous vous demandons de nous donner largement, à cause de la multiplication de nos intercesseurs, l'abondance désirée de votre miséricorde. Par Notre-Seigneur.

Mais si le 3 Novembre, on a célébré la Commémoration de tous les Fidèles Défunts, on prend, pour Mémoire de l'Octave, l'Ant. et le ∩. des I^{ères} Vêpres.

Ant. Anges et Archanges, Trônes et Dominations, Principautés et Puissances, Vertus des cieux, Chérubins et Séraphins, Patriarches et Prophètes, saints Docteurs de

Doctóres, Apóstoli, omnes Christi Mártyres, sancti Confessóres, Vírgines Dómini, Anachoritæ, Sanctíque omnes, intercédite pro nobis.

℣. Lætámini in Dómino et exsultáte justi. ℞. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio ut supra.

Deinde Commem. Ss. Vitalis et Agricolæ Martyrum.

Ant. Istórum est enim * regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in ságuine Agni.

℣. Lætámini, *ut supra.*

Vel, si jam hic Versus recitatus est, ℣. : Exsultábunt, p. 80.

Oratio

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus : ut, qui sanctórum Mártyrum tuórum Vitális et Agricolæ solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

IN II NOCTURNO

LECTIO IV

CAROLUS, Medioláni nóbili Borromæórum familia natus, quanta futúrus esset sanctitate conspicuus divina lux super parientis matris cubiculum noctu coruscans præsignávit. A puerítia clericáli militiæ adscriptus, abbatía postmodum insignítus, patrem admónuit ne réditus in rem familiárem converteréntur ; quorum ipse nactus administratióem, quidquid supérerat, expendébat in páuperes. Adoléscens liberalibus disciplínis Papíæ óperam dedit. Castitatem ádeo cóluit, ut impudícas étiam mulieres, ad labefactándam ejus pudicítiam plúries immíssas, invícta constántia fugáverit. Vigésimum tértium ætátis annum

la loi, Apôtres, vous tous Martyrs du Christ, saints Confesseurs, Vierges du Seigneur, Anachorètes, Saints de tout Ordre, intercédez pour nous.

℣. Réjouissez-vous dans le Seigneur et exultez, ô justes.
℞. Et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

Oraison comme plus haut.
Ensuite Mémoire des Ss. Vital et Agricole,
Martyrs.

Ant. C'est bien à ceux-ci qu'appartient le royaume des cieux, à ceux qui ayant méprisé la vie du monde, sont parvenus aux récompenses du royaume, et ont lavé leurs robes dans le sang de l'Agneau.

℣. Réjouissez-vous, *comme plus haut.*

Ou, si on l'a déjà dit : ℣. : Ils exulteront,
p. 80.

Oraison

ACCORDEZ à notre demande, Dieu tout-puissant, que célébrant la solennité de vos saints Martyrs, Vital et Agricole, nous soyons aidés auprès de vous par leurs intercessions. Par Notre-Seigneur.

AU II^{ème} NOCTURNE

LEÇON IV

CHARLES naquit à Milan, de la noble famille des Borromée. Une lumière divine, brillant la nuit au-dessus du lit où sa mère le mettait au monde, indiqua par avance combien il devait être admirable en sainteté. Inscrit dès sa jeunesse à la milice cléricale, puis pourvu d'une abbaye, il insista auprès de son père pour que les revenus ne fussent pas incorporés à sa fortune ; il en prit lui-même l'administration, donnant aux pauvres le superflu. Jeune homme, il étudia, à Pavie, les disciplines libérales. Il eut un tel amour de la chasteté, qu'il alla jusqu'à repousser, avec une indomptable fermeté, des femmes impudiques soudoyées à plusieurs reprises pour

agens, a Pio quarto ejus avúnculo in sacrum cardinálíum collégium cooptátus, insígni pietátis ac virtútum ómniúm splendóre præluxit. Mox ab eódem Mediolanénsis archiepíscopus creátus, in eo plúrimam óperam adhíbuit, ut, juxta sacrosánctum Tridentínium concílium, quod ejus potíssimum sollicitú-dine jam tum fúerat absolútum, ecclésiám sibi commíssam compóneret; atque, ut depravátos plebis suæ mores reformáret, præter iterátam sæpius synodórum celebratió-nem, seípsum exímíæ sanctitátis præbuit exémplar. In profligándis hæréticis e pártibus Rhætórum et Helvetiórúm, quorum plúrimos ad christiánam fidem convértit, máxime laborávit.

R̄. Invéni David, p. [117].

LECTIO V

HUJUS viri cáritas præcípue enítuit, cum, Uritáno principátu véndito, prétium univérsum, ad quadragínta aureórum míllia, una die in páuperes erogávit. Nec minóre pietáte vigínti míllia, quæ sibi fúerant legáta, distríbuit. Ecclesiásticos provéntus, quibus ab avúnculo copióse fúerat cumulátus, dimísit, non-núllis reténtis, quibus ad próprios usus et egenórum necessitátes utebátur. Quo témpore pestis Medioláni grassabátur, domésticam supelléctilem, ne relícto sibi léctulo, in eósdem aléndos cóntulit, super nuda in pósterum tábula decúmbens; eódem morbo laborántes sédulo invísens, patérno reficiébat afféctu, et Ecclésiæ sacraménta próprios ipse mánibus adminístrans, mirum in modum solabátur. Humíllimis ínterim précibus reconciliátor accédens, públicá supplicatióne indícta, fune sibi ad collum alligáto, nudis pédibus étiam offendículo cruentátis, crucem bájulans, semetípsum pro peccátis pópuli hóstiam ófferens, divínam indignatió-nem avértere satagébat. Ecclesiá-

lui faire perdre sa pureté. A vingt-trois ans, Pie IV, son oncle, l'admit au Sacré Collège des Cardinaux, et il y brilla plus que les autres, par sa piété insigne et l'éclat de toutes les vertus. Bientôt créé, par ce même oncle, Archevêque de Milan, il mit toute son activité à organiser l'Église à lui confiée, d'après les prescriptions du saint Concile de Trente, à l'achèvement duquel sa sollicitude avait grandement contribué. Pour réformer les mœurs corrompues de son peuple, outre la célébration de nombreux synodes, il donna à tous l'exemple d'une grande sainteté. Il travailla beaucoup contre les hérétiques de Rhétie et de Suisse, et en ramena un grand nombre à la foi chrétienne.

Ry. J'ai trouvé, p. [117].

LEÇON V

LA charité de cet homme se manifesta surtout après la vente du principat d'Urita, dont il distribua en un jour, aux pauvres, tout le prix, quarante mille pièces d'or. Il donna encore, avec non moins de bonté, les vingt mille qui lui avaient été laissées. Il se débarrassa des bénéfices ecclésiastiques dont son oncle l'avait abondamment pourvu, n'en gardant qu'un petit nombre, pour ses propres dépenses et les besoins des pauvres. Au temps où la peste dévastait Milan, il donna pour nourrir ces mêmes pauvres, tout son mobilier, sans même se réserver un lit, couchant dès lors sur une planche nue. Il visitait avec soin ceux qui étaient atteints par cette maladie, les réconfortait paternellement, et leur administrait lui-même les sacrements de l'Église, les consolant d'une manière admirable. Se faisant, en même temps, par de très humbles supplications, médiateur auprès de Dieu, il ordonna des prières publiques et, la corde au cou, les pieds nus et sanglants, une croix sur les épaules, il s'efforçait, en s'offrant lui-même comme hostie pour les péchés du peuple, de détourner la colère de Dieu. Il fut un ardent défenseur

sticæ libertátis fuit acérrimus propugnátor. Disciplinæ vero restituendæ sollicitus, a seditiósibus, dum oratióni insisteret, torménti bélicæ laxáta rota, ígneo glóbulo percússus, divína virtúte servátur illæsus.

R̄. Pósui, p. [118].

LECTIO VI

ABSTINENTIA fuit admirábili; jejunábat sæpíssime, pane tantum et aqua, solis quandóque lupínis conténtus. Noctúrnis vigíliis, aspérrimo cilício, assídus flagéllis corpus domábat. Humilitátis ac mansuetúdinis studiosíssimus fuit. Oratiónem ac verbi Dei prædicatiónem, gravíssimis licet curis occupátus, numquam intermísit. Multas ecclésiás, monastéria, collégia ædificávit. Plura scripsit, ad episcopórum præsertim instructiónem utilíssima; cujus étiam ópera parochórum catechísmus pródiit. Demum, in solitúdinem Varálli montis, ubi sculptis imaginibus Domínicæ passiónis mystéria ad vivum repræsentántur, secessit; ibíque, diébus áliquot voluntária castigatióne ásperam, sed Christi dolórum meditatióne suáven vitam ducens, in febrim incidit. Mediolánum revérsus, ingravescente morbo, cínere ac cilício coopértus, et óculis in Crucifixi imáginem defixis, migrávit in cælum, ætátis anno quadragésimo séptimo, Dómini vero millésimo quingentésimo octogésimo quarto, tértio Nonas Novémbris. Quem, miraculis clarum, Paulus quintus Póntifex máximus in Sanctórum número rétulit.

R̄. Iste est, qui, p. [118].

Pro hoc Festo simplicitate :

LECTIO IX

CAROLUS, Medioláni nóbili Borromæórum familia natus, cum vigésimum tértium ætátis annum

de la liberté de l'Église. Plein d'ardeur pour restaurer la discipline, il fut atteint par la balle brûlante d'un coup d'arquebuse tiré sur lui par des séditeux, mais gardé sain et sauf par la puissance divine.

R7. J'ai mis, p. [118].

LEÇON VI

SON abstinence fut admirable ; il jeûnait très souvent au pain et à l'eau, se contentant parfois de légumes. Il domptait son corps par les veilles, un très rude cilice, et de fréquentes disciplines. Il fut très attentif à pratiquer l'humilité et la douceur ; jamais il n'omit ses prières et ses prédications, malgré de très lourdes charges. Grand bâtisseur d'églises, de monastères et d'écoles, il écrivit aussi de nombreux ouvrages très utiles, surtout pour l'instruction des évêques ; et c'est encore par ses soins que fut publié un catéchisme pour les prêtres. Enfin, il se retira dans la solitude, au mont Varalle, où sont sculptés, de façon très expressive, les mystères de la Passion de Notre-Seigneur ; et là, au bout de quelques jours d'une vie rude à raison de ses mortifications volontaires, mais adoucie par la méditation des douleurs du Christ, il fut pris de fièvre. De retour à Milan, voyant s'aggraver la maladie, il se couvrit de cendre, prit un cilice et, les yeux fixés sur le crucifix, partit pour le ciel, à quarante-sept ans, en mil cinq cent quatre-vingt-quatre, le trois des Nones de Novembre. Rendu célèbre par ses miracles, il fut placé au nombre des Saints par le souverain Pontife Paul V.

R7. Voici celui qui, p. [118].

Pour cette Fête simplifiée :

LEÇON IX

CHARLES, né à Milan, de la noble famille des Borromée, fut admis, à l'âge de vingt-trois ans, par Pie IV,

ágeret, a Pio quarto ejus avúnculo in sacrum cardinálíum collégium cooptátus est. Mox ab eódem Mediolanénsis archiepíscopus creátus, in eo plúrimam óperam adhíbuit, ut juxta sacrosánctum Tridentínium concílium, quod ejus potíssimum sollicitúde jam tum fúerat absolútum, ecclésiám sibi commíssam compóneret. Peste Medioláni grassánte, domésticam supelléctilem in egénos aléndos cóntulit ; eóque morbo laborántes sédulo invísens, mirum in modum solabátur, Ecclésiæ sacraménta própriis ipse mánibus adminístrans. Ecclesiásticæ libertátis acérrimus fuit propugnátor, plúraque scripsit ad episcopórum præsertim instructiÓNem utilíssima ; cujus étiam ópera parochórum catechísmus pródiit. Medioláni óbiit ætátis suæ anno quadragésimo séptimo, tértio Nonas Novémbris. Quem, miráculis clarum, Paulus quintus in Sanctórum númerum rétulit.

In III Nocturno, Homilia in Ev. : Homo pègre, de Comm. Conf. Pont. I loco, p. [122].
Pro Ss. Vitale et Agricola, Martyribus.

LECTIO IX

VITÁLIS et Agrícola ejus dóminus, in persecutiÓne Diocletiáni et Maximiáni, Bonóniæ ob Jesu Christi prædicatiÓNem comprehénsi sunt. Cumque Vitális, quo magis précibus et minis tentarétur ut senténtiam mutáret, eo magis se Christi cultórem ac servum profiterétur ; vário tormentórum génere cruciátus, constánter ómnia pérferens, in oratiÓne spíritum Deo réddidit. Agrícola vero, cum ejus supplicium dilátum esset, si forte, torméntis servi permótus, Christo vellet renuntiáre, ejus exémplo magis confirmátus est. Itaque, cruci affixus, Vitáli servo consors et sócius fuit nóbilis martyrii. Eórum córpora ad Judæórum sepúlra cum essent humáta, a sancto

son oncle, au Sacré Collège des Cardinaux, et, par lui aussi, créé peu après archevêque de Milan, il mit toute son activité à organiser l'Église à lui confiée, d'après les prescriptions du saint concile de Trente, à l'achèvement duquel sa sollicitude avait grandement contribué. Durant la peste de Milan, il donna, pour nourrir les pauvres, tout son mobilier ; et visitant avec soin les pestiférés, il les consolait admirablement, leur administrant de ses propres mains les sacrements de l'Église. Il fut un ardent défenseur de la liberté de l'Église ; écrivit de nombreux ouvrages très utiles, surtout pour l'instruction des Évêques ; et fit même paraître un catéchisme pour les prêtres. Il mourut à Milan, à quarante-sept ans, le trois des Nones de Novembre. Devenu célèbre par ses miracles, il fut mis au nombre des Saints par Paul V.

Au III^e Nocturne, Homélie sur l'Év. : Un homme partant du Commun d'un Conf. Pont. (I), p. [122].

Pour les Ss. Vital et Agricole, Martyrs :

LEÇON IX

VITAL et Agricole, son maître, furent arrêtés à Bologne, durant la persécution de Dioclétien, pour avoir prêché Jésus-Christ. Comme Vital se proclamait adorateur et serviteur du Christ, avec d'autant plus d'insistance, qu'on en mettait davantage à le pousser par prières et menaces à changer ses sentiments, on le tortura de diverses façons ; après avoir tout supporté avec constance, il rendit en priant son esprit à Dieu. Son exemple affermit encore Agricole, dont on avait retardé le supplice pour voir si, ébranlé par les souffrances de son esclave, il renoncerait au Christ. C'est ainsi que, crucifié, il fut le compagnon de son serviteur Vital, partageant avec lui la noblesse du martyre. Leurs corps, ensevelis près des tombeaux

Ambrósio invénta, in sacrum celebrémque locum transláta sunt.

Ad Laudes fit Commemoratio Octavæ :

Ant. Te gloriósus * Apostolorum chorus, te Prophe-
tárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus
laudat exércitus, te omnes Sancti et elécti voce
confiténtur unánimes, beáta Trínitas, unus Deus.

∨. Exsultábunt Sancti in glória. R̄. Lætabúntur
in cubílibus suis.

Oratio

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium
Sanctorum tuórum mérita sub una tribuísti
celebritáte venerári : quæsumus ; ut desiderátam nobis
tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis inter-
cessóribus, largiáris. (Per Dóminum.)

Deinde Commem. Ss. Vitalis et Agricolæ
Mm. :

Ant. Vestri capílli cápitis * omnes numeráti sunt :
nolíte timére : multis passéribus melióres estis vos.

∨. Lætámini in Dómino et exsultáte, justí. R̄. Et
gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus : ut, qui
sanctorum Mártyrum tuórum Vitális et Agríco-
læ solémnia cólimus, eórum apud te intercessiúnibus
adjuvémur. Per Dóminum.

In Vesp. Commem. sequentis.



juifs, furent retrouvés par saint Ambroise et transférés en un lieu saint et célèbre.

A Laudes, on fait Mémoire de l'Octave.

Ant. A vous, le glorieux chœur des Apôtres, à vous, le groupe illustre des Prophètes, à vous, la brillante armée des Martyrs, à vous, tous les Saints et les Élus chantent louange d'une voix unanime, bienheureuse Trinité en un seul Dieu.

℣. Ils exulteront, les Saints, en gloire. ℞. Ils se réjouiront sur leurs lits de repos.

Oraison

DIEU tout-puissant et éternel, qui nous permettez de vénérer en une seule solennité, les mérites de tous vos Saints, nous vous demandons de nous donner largement, à cause de la multiplication de nos intercesseurs, l'abondance désirée de votre miséricorde. (Par Notre-Seigneur.)

Ensuite, Mémoire des Ss. Vital et Agricole, Martyrs :

Ant. Les cheveux de votre tête sont tous comptés ; ne craignez pas ; vous valez mieux que beaucoup de passereaux.

℣. Réjouissez-vous, justes, dans le Seigneur. ℞. Et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

Oraison

ACCORDEZ à notre demande, Dieu tout-puissant, que célébrant la solennité de vos saints Martyrs, Vital et Agricole, nous soyons aidés auprès de vous par leurs intercessions. Par Notre-Seigneur.

Aux Vêpres, Mémoire du suivant.



DIE 5 NOVEMBRIS
DE V DIE INFRA OCTAVAM
OMNIUM SANCTORUM
SEMIDUPLEX



Ant. Angeli, * Archángeli, Throni et Dominationes, Principátus et Potestates, Virtútes cælórum, Chérubim atque Séraphim, Patriárchæ et Prophétæ, sancti legis Doctóres, Apóstoli, omnes Christi Mártyres, sancti Confessóres, Vírgines Dómini, Anachorítæ, Sanctique omnes, intercédite pro nobis.

∇. Lætámini in Dómino et exultáte, justí. R̄. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio : Omnípotens, ut supra, p. 85.

Si vero hac die faciendum non sit Officium de Octava :

Ant. O quam gloriósum est regnum * in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque íerit!

∇. : Exsultábunt et *Oratio* : Omnípotens, ut supra.

IN II NOCTURNO

LECTIO IV

De Sermóne sancti Bedæ Venerábilis, Presbýteri.

Sermo 18 de Sanctis.

AD hanc ígitur óperum salutárium deléctet nos pervenire palmam. Libénter ac prompte certémus ; omnes in agóne justítiae, Deo et Christo spectánte, currámus ; et, qui sáculo et mundo majóres esse jam cœpimus, cursum nostrum nulla sáculi cupiditate tardémus. Si expeditos, si céleres in óperis

5 NOVEMBRE
CINQUIÈME JOUR DANS L'OCTAVE
DE LA TOUSSAINT

SEMIDOUBLE



Ant. Anges et Archanges, Trônes et Dominations, Principautés et Puissances, Vertus des cieux, Chérubins et Séraphins, Patriarches et Prophètes, saints Docteurs de la loi, Apôtres, vous tous, Martyrs du Christ, saints Confesseurs, Vierges du Seigneur, Anachorètes, Saints de tout ordre, intercédez pour nous!

℣. Réjouissez-vous, justes, dans le Seigneur. ℞. Et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

Oraison : Dieu tout-puissant, **comme ci-dessus**, p. 85.

Mais, si ce jour-là, on ne doit pas faire l'Office de l'Octave :

Ant. O combien est glorieux le royaume dans lequel, avec le Christ, se réjouissent tous les Saints ; vêtus de blanches robes, ils suivent l'Agneau partout où il va.

℣. : Ils exulteront, et **Oraison :** Dieu tout-puissant, **comme ci-dessus.**

AU II^{ème} NOCTURNE

LEÇON IV

Du Sermon de saint Bède le Vénérable, Prêtre.

Sermon 18 sur les Saints.

AINSI donc, qu'il nous soit doux d'arriver à cette palme des œuvres salutaires. Combattons volontiers et sans retard, courons tous, sous le regard de Dieu et du Christ, dans l'arène de la justice. Et nous qui avons commencé de nous élever au-dessus de ce temps et de ce monde, ne laissons aucun désir temporel retarder

agóne curréntes, dies nos últimus invénerit, nusquam Dóminus méritis nostris déerit remunerátor.

R̄. Abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis Sanctórum : et jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, * Quóniam prióra transiérunt. V̄. Non esúrient, neque sítient ámplius, neque cadet super illos sol neque ullus æstus. Quóniam.

LECTIO V

QUI corónam in persecutióne purpúream pro passióne donábit, ipse in pace vincéntibus, pro justítiæ méritis, dabit et cándidam. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Jacob occísi sunt, et tamen, fidei et justítiæ méritis honoráti, inter Patriárchas primi esse meruérunt ; ad quorum congregátur convívium quisquis fidélis, et justus, et laudábilis invenitur. Mémoires esse debémus, voluntátem non nostram, sed Dei fácere debére ; quia qui fécerit ejus voluntátem, manet in ætérnum, quómo et ille manet in ætérnum.

R̄. Pretiósá in conspéctu Dómini * Mors Sanctórum ejus. V̄. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors.

LECTIO VI

QUAPROPTER, caríssimi, mente íntegra, fide firma, virtúte robústa, caritáte perfécta, paráti ad omnem voluntátem Dei simus, conservántes fórtiter Domínica mandáta : in simplicitáte innocéntiam in caritáte concórdiam, modéstiam in humilitáte, diligéntiam in administratióne, vigilántiam in adjuvándis laborántibus, misericórdiam in fovéndis paupéribus, in defendénda veritate constántiam, in disciplínæ severitate censúram, ne áliquíd ad exéplum bonó-

notre course. Si le dernier jour nous trouve dispos et courant dans l'arène des œuvres, jamais le Seigneur ne cessera de récompenser nos mérites.

R⁷. Dieu essuiera toute larme de leurs yeux, et il n'y aura plus alors, ni deuil, ni cri, ni aucune douleur, * Parce que les premières choses auront passé. V. Ils n'auront plus faim, ni soif ; et le soleil et la chaleur ne les accableront plus. Parce que.

LEÇON V

LUI qui, pour les souffrances dans la persécution, donnera la couronne pourpre, saura donner aussi la couronne blanche à ceux qui auront vaincu dans la paix, pour les mérites de leur justice. Abraham, Isaac et Jacob n'ont pas été tués et pourtant, ornés des mérites de leur foi et de leur justice, ils ont été dignes du premier rang parmi les Patriarches ; et tous ceux qui sont reconnus fidèles, justes et dignes de louange, sont réunis à leur table. Rappelons-nous que nous devons faire la volonté de Dieu et non la nôtre, parce que celui qui aura fait la volonté divine demeure éternellement, comme Dieu lui-même est éternel.

R⁷. Elle a du prix, au regard du Seigneur, * La mort de ses Saints. V. Le Seigneur garde tous leurs os, pas un seul ne sera brisé. La mort.

LEÇON VI

C'EST pourquoi, mes bien-aimés, avec l'âme pure, la foi solide, l'ardeur pleine d'énergie, la charité parfaite, soyons prêts à faire tout ce que Dieu voudra, gardons avec fermeté ses commandements, dans la simplicité l'innocence, la concorde dans la charité, la modestie dans l'humilité, la diligence à rendre service, la vigilance à aider ceux qui souffrent, la miséricorde au réconfort des pauvres, la constance à défendre la vérité, le jugement dans la sévérité de la discipline, pour qu'en nous rien ne manque

rum factórum desit in nobis. Hæc sunt enim vestígia quæ nobis Sancti quique, reverténtes in pátriam, reliquérunt, ut, illórum sémitis inhæréntes, sequerémur et gáudia.

Ry. Stola jucunditátis induit eos Dóminus : * Et coronam pulchritúdinis pósuit super cápita eórum. V. Cibávit illos Dóminus pane vitæ et intelléctus : et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illos. Et. Glória Patri. Et.

IN III NOCTURNO

LECTIO VII

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Cap. V, 1-12.

IN illo témpore : Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

De Homilia sancti Augustíni Epíscopi.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, cap. 3 et 4.

ITAQUE in hoc tértio gradu, in quo sciéntia est, lugétur amíssio summi boni, quia inhærétur extrémis. In quarto autem gradu labor est ; ubi vehementer incúmbitur, ut sese ánimus avéllat ab eis, quibus pestífera dulcédine innexus est. Hic ergo esurítur et sitítur justítia, et multum necessária est fortitúdo ; quia non relínquitur sine dolóre quod cum delectatióne retinétur. Quinto autem gradu perseve-rántibus in labóre datur evadéndi consílium ; quia, nisi quisque adjuvétur a superióre, nullo modo sibi est idóneus ut sese tantis miseriarum implicaméntis expédíat. Est autem justum consílium, ut, qui se a potentióri adjuvári vult, ádjuvet et infirmiórem, in quo est ipse poténtior. Itaque, Beáti misericórdes ; quia ipsórum miserébitur Deus.

à l'exemple des bonnes œuvres. Car ce sont là les traces laissées par les Saints retournés à la patrie ; afin que, fidèles à leurs voies, nous les suivions aussi dans leur joies.

R₇. D'une robe d'allégresse, le Seigneur les a revêtus ; * Et c'est une couronne de beauté qu'il a placée sur leurs têtes. V. Le Seigneur les a nourris du pain de vie et d'intelligence, et c'est de l'eau de la sagesse du salut, qu'il les a abreuvés. Et. Gloire au Père. Et.

AU III^{ème} NOCTURNE

LEÇON VII

Lecture du saint Évangile selon saint Matthieu.

Chapitre V, 1-12.

EN ce temps-là, Jésus, voyant les foules, monta sur une montagne et, quand il se fut assis, ses disciples vinrent près de lui. Et le reste.

De l'Homélie de Saint Augustin, Évêque.

Livre 1 du Sermon du Seigneur sur la montagne, ch. 3 et 4.

AINSI, à ce troisième degré, celui de la science, on pleure la perte du bien suprême, parce qu'on se voit attaché à ce qui est infime. Au quatrième degré, c'est l'effort, alors que l'esprit s'applique de toutes ses forces à se détacher de ce à quoi le liait une douceur pestilentielle. C'est là qu'on a faim et soif de la justice, et la force est bien nécessaire, car on ne laisse pas sans douleur ce qu'on retient avec plaisir. Au cinquième degré, à ceux qui persévèrent dans la lutte, on conseille le bon moyen d'en sortir, car si l'on n'est pas aidé par un plus fort, on demeure incapable de rompre les liens de tant de misères. Voici ce conseil de bonne justice : que celui qui veut être aidé par un plus fort, aide le plus faible, par ce qu'il a de plus fort. C'est pourquoi on lit : *Bienheureux les miséricordieux, car Dieu leur fera miséricorde.*

R/. Amávit eos Dóminus, et ornávit eos : stolam glóriæ induit eos, * Et ad portas paradísi coronávit eos. V. Induit eos Dóminus lorícam fidei, et ornávit eos. Et.

LECTIO VIII

SEXTO gradu est cordis mundítia de bona consciéntia bonórum óperum, valens ad contemplándum summum illud bonum, quod solo puro et seréno intelléctu cerni potest. Postrémo est séptima ipsa sapiéntia, id est, contemplátio veritátis, pacíficans totum hóminem, et suscípiens similitúdinem Dei, quæ ita conclúditur : Beáti pacífi ; quóniam ipsi filii Dei vocabúntur. Octáva tamquam ad caput redit, quia consummátum perfectúmque osténdit et probat. Itaque in prima et in octáva nominátum est regnum cælórum : Beáti páuperes spíritu ; quóniam ipsórum est regnum cælórum : et, Beáti qui persecutiónem patiúntur propter justítiam ; quóniam ipsórum est regnum cælórum.

R/. Vidi conjúctos viros, habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti facti amíci Dei. V. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem et dicéntem. Isti. Glória Patri. Isti.

LECTIO IX

CUM jam dicitur : Quis nos separábit a caritaté Christi? Tribulátio, an angústia, an persecútio, an fames, an núditas, an perículum, an gládus? Septem sunt ergo, quæ perfíciunt ; nam octáva claríficat, et quod perféctum est, demónstrat, ut per hos gradus perficiántur et céteri, tamquam a cápite rursum exórdiens. Vidétur ergo mihi étiam septifórmis operátio Spíritus Sancti, de qua Isaías lóquitur, his

Ry. Le Seigneur les a aimés et parés ; il les a revêtus de la robe de gloire, * Et aux portes du Paradis, il les a couronnés. V. Le Seigneur les a revêtus de la cuirasse de la foi et il les a parés. Et aux portes.

LEÇON VIII

AU sixième degré, il y a la pureté de cœur, venant de la bonne conscience des bonnes œuvres, capable de nous élever à la contemplation de ce souverain bien que seule peut voir une intelligence pure et sereine. Enfin, en septième lieu, vient la sagesse elle-même, la contemplation de la vérité, pacifiant tout l'homme, recevant la ressemblance de Dieu, et dont il est dit en finissant : *Bienheureux les pacifiques, parce qu'ils seront appelés les fils de Dieu.* La huitième sentence revient en quelque sorte au début, parce qu'elle en montre et en prouve l'achèvement et la perfection. Voilà pourquoi la première sentence et la huitième mentionnent le royaume des cieux : *Bienheureux les pauvres en esprit, parce que le royaume des cieux est à eux ; et : Bienheureux ceux qui souffrent persécution pour la justice, parce que le royaume des cieux est à eux.*

Ry. J'ai vu des hommes assemblés, portant de splendides vêtements, et l'Ange du Seigneur me parla en disant : * Ceux-ci sont des hommes saints, devenus les amis de Dieu. V. J'ai vu un Ange de Dieu, fort, volant au milieu du ciel, criant d'une voix puissante et proclamant. Ceux-ci. Gloire au Père. Ceux-ci.

LEÇON IX

C'EST alors qu'on dit : *Qui nous séparera de l'amour du Christ ? La tribulation, l'angoisse, la persécution, la faim, la misère, le péril, le glaive¹ ?* Il y a donc sept pratiques indiquées pour arriver à la perfection. La huitième sentence éclaire le tout et montre la perfection réalisée. Il me semble donc que l'opération septiforme du Saint-Esprit, dont parle Isaïe, s'accorde bien avec ces

1. Rom. VIII, 35. — Cette pensée, dans le texte de S. Augustin, est étroitement unie à la dernière phrase de la Leçon VIII.

grádibus sententiisque congrúere. Sed ínterest órdis ; nam ibi enumerátio ab excellentióribus cœpit, hic vero ab inferióribus. Ibi namque íncipit a sapiéntia Dei, et désinit ad timórem Dei ; sed inítium sapiéntiæ timor Dómini est.

DIE 6 NOVEMBRIS

(PRO GALLIA)

In Ecclesiis consecratis excepta Cathedrali.

DEDICATIO PROPRIÆ ECCLESIAE

DUPLEX I CLASSIS CUM OCTAVA COMMUNI



Omnia ut in Communi Dedicacionis.

Fasc. 14, p. 78.

Diebus 7, 8, 10, 11 et 12 Novembris.

In Ecclesiis consecratis Commemoratio Oct. Dedic. sive in Laudibus, sive in Vesperis ut notatur in fine Comm. Sanctorum, p. [194].

(Ubi non fit Officium Dedicacionis)

DE VI DIE INFRA OCTAVAM

OMNIUM SANCTORUM

SEMIDUPLEX



IN II NOCTURNO

LECTIO IV

Sermo sancti Bernárdi Abbátis

Sermo 2 de Festo Omn. Ss.

QUIA Sanctórum ómnium festívam hódie, dilectísimi, omníque digníssimam devotióne memó-

degrés et ces sentences. Mais l'ordre change : là, l'énumération débute par les plus nobles, ici par les moindres. Là, en effet, on commence par la sagesse de Dieu, et l'on finit par la crainte de Dieu ; *mais le commencement de la sagesse, c'est la crainte du Seigneur.*

6 NOVEMBRE

(POUR LA FRANCE)

Dans les Églises consacrées sauf à la Cathédrale.

DÉDICACE DE L'ÉGLISE PROPRE

DOUBLE DE 1^e CLASSE AVEC OCTAVE COMMUNE



Tout comme au Commun de la Dédicace.

Fascicule 14, p. 78.

Les jours suivants 7, 8, 10, 11 et 12 Novembre :

Dans les Églises consacrées, Mémoire de l'Octave de la Dédicace soit aux Laudes, soit aux Vêpres, comme elle est indiquée à la fin du Commun des Saints, p. [194].

(Où l'on ne fait pas l'Office de la Dédicace)

**SIXIÈME JOUR DANS L'OCTAVE
DE LA TOUSSAINT**

SEMIDOUBLE



AU II^{lème} NOCTURNE

LEÇON IV

Sermon de saint Bernard, Abbé.

Sermon 2 de la fête de la Toussaint.

PUISQUE nous célébrons aujourd'hui, mes bien-aimés, le souvenir joyeux et très digne de dévotion de

riam celebrámus ; óperæ prætium puto, de commúni eórum felicitáte, in qua beáta jam réquie perfruúntur, et futúra quam præstolántur consummatióne, adjuvánte Spíritu Sancto, sermónem fácere caritatí vestræ. Fidélis quippe sermo et omni acceptióne dignus, ut, quos solémni veneratióne proséquimur, étiam símili conversatióne sequámur ; quos beatíssimos prædicámus, ad eórum beatitúdinem tota aviditaté currámus ; quorum delectámur præcóniis, sublevémur eórum patrocíniis.

R̄. Abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis Sanctórum : et jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, * Quóniam prióra transiérunt. V̄. Non esúrient, neque sítient ámplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quóniam.

LECTIO V

Sermo 5 de eodem Festo, circa medium.

AD quid ergo Sanctis laus nostra? ad quid glori-
ficatio nostra? ad quid nostra hæc ipsa solémni-
tas? Quo eis terrénos honóres, quos, juxta verácem
Fílii promissiónem, honorificat Pater cæléstis? quo
eis præcónia nostra? Pleni sunt. Prorsus ita est, dile-
ctíssimi : bonórum nostrórum Sancti non egent, nec
quidquam eis nostra devotióne præstátur. Plane, quod
eórum memóriam venerámur, nostra ínterest, non
ipsórum. Vultis scire quantum ínterest nostra? Ego
in me, fáteor, ex hac recordatióne séntio desidérium
véhemens inflammári, et desidérium triplex.

R̄. Pretiósá in conspéctu Dómini * Mors Sanctó-
rum ejus. V̄. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum,
unum ex his non conterétur. Mors.

tous les Saints, je crois important d'entretenir votre charité, avec l'aide du Saint-Esprit, de leur commun bonheur dans le bienheureux repos dont ils jouissent, et de la consommation future qu'ils attendent. C'est en effet une parole véridique et digne d'être reçue par tous, que nous devons suivre en imitant leur vie ceux que nous honorons d'un culte solennel, courir avec une avidité qui nous prenne tout entiers, à la béatitude de ceux que nous appelons très heureux, nous laisser entraîner par le secours de ceux dont les louanges nous ravissent.

R̄. Dieu essuiera toute larme de leurs yeux ; et il n'y aura plus alors, ni deuil, ni cri, ni aucune douleur, * Parce que les premières choses auront passé. V̄. Ils n'auront plus faim, ni soif ; et le soleil et la chaleur ne les accableront plus. Parce que.

LEÇON V

Sermon 5 de la même fête, vers le milieu.

QUE procure aux Saints notre louange ? notre glorification ? cette cérémonie même ? A quoi servent les honneurs de la terre, à ceux que, selon la fidèle promesse du Fils, le Père céleste comble d'honneurs ? Que leur apportent nos éloges ? Leurs désirs sont comblés. Il est très vrai, bien-aimés, que les Saints n'ont aucun besoin de nos biens et que notre dévotion ne leur donne rien. Évidemment, c'est dans notre intérêt, non dans le leur, que nous vénérons leur mémoire. Voulez-vous savoir combien c'est notre intérêt ? Ce souvenir, je l'avoue et je le sens, allume en moi un désir véhément, et un triple désir.

R̄. Elle a du prix au regard du Seigneur, * La mort de ses Saints. V̄. Le Seigneur garde tous leurs os, pas un seul ne sera brisé. La mort.

LECTIO VI

VULGO dicitur : Quod non videt oculus, cor non dolet. Oculus meus, memoria mea ; et cogitare de Sanctis, quodammodo eos videre est. Sic nempe portio nostra in terra viventium ; nec modica sane portio, si tamen, ut decet, memoriam affectio comitetur : Sic, inquam, conversatio nostra in caelis est ; verumtamen non sic nostra, sicut illorum. Ipsorum enim substantia ibi est, nostra autem desideria ; ipsi per praesentiam, nos per memoriam ibi sumus.

R7. Stola jucunditatis induit eos Dominus : * Et coronam pulchritudinis posuit super capita eorum. V. Cibavit illos Dominus pane vitae et intellectus : et aqua sapientiae salutaris potavit illos. Et. Gloria Patri. Et.

IN III NOCTURNO

LECTIO VII

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Cap. V, 1-12.

IN illo tempore : Videns Jesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini Episcopi.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, cap. 4.

QUAPROPTER, si gradatim tamquam ascendentes numeremus, primus ibi est timor Dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintum consilium, sextus intellectus, septima sapientia. Timor Dei congruit humilibus ; de quibus hic dicitur : Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cae-

1. Ps. CXXI, 6. — 2. Philip., III, 20. — 3. Ces degrés sont les dons du S. Esprit. Les mots science, intelligence, conseil, etc., ne doivent

LEÇON VI

ON dit vulgairement : De ce que l'œil ne voit pas, le cœur ne souffre pas. Mon œil, c'est mon souvenir, et penser aux Saints, c'est en quelque façon les voir. Voilà notre *part dans la terre des vivants*¹, et elle n'est pas des moindres, si toutefois l'amour suit le souvenir, comme il se doit. C'est de cette manière, dirais-je, que *notre vie de société est dans les cieux*²; cependant il n'en est pas de la nôtre comme de la leur ; la leur y est substantiellement, la nôtre y est par nos désirs ; ils sont eux-mêmes présents au ciel ; c'est par le souvenir que nous sommes là-haut :

Ry. D'une robe d'allégresse, le Seigneur les a revêtus ; * Et c'est une couronne de beauté qu'il a placée sur leurs têtes. V. Le Seigneur les a nourris du pain de vie et d'intelligence, et c'est de l'eau de la sagesse du salut, qu'il les a abreuvés. Et. Gloire au Père. Et.

AU III^{ième} NOCTURNE

LEÇON VII

Lecture du saint Évangile selon saint Matthieu.

Chapitre V, 1-12.

EN ce temps-là, Jésus, voyant les foules, monta sur une montagne, et, quand il fut assis, ses disciples vinrent près de lui. Et le reste.

De l'Homélie de saint Augustin, Évêque.

Livre 1 du Sermon du Seigneur sur la montagne, chap. 4.

C'EST pourquoi, si nous comptons degrés par degrés, comme en montant, le premier est la crainte de Dieu, le deuxième, la piété, le troisième, la science, le quatrième, la force, le cinquième, le conseil, le sixième, l'intelligence, le septième, la sagesse³. La crainte de Dieu convient aux humbles, dont il est dit ici : *Bienheureux les pauvres d'esprit, car le royaume des cieux est à eux*, c'est-à-dire

pas s'entendre ici au sens ordinaire, mais à celui qu'ils prennent dans les formules : don de science, don d'intelligence, don de conseil, etc.

lórum ; id est, non infláti, non supérbi, de quibus Apóstolus dicit : Noli altum sápere, sed time ; id est, noli extólli. Píetas cóngruit mítibus ; qui enim pie quærit, honórat sanctam Scriptúram, et non reprehéndit quod nondum intélligit, et proptérea non resistit ; quod est mitem esse. Unde hic dicitur : Beáti mites ; quóniam ipsi hereditáte possidébunt terram.

R̄. Amávit eos Dóminus, et ornávit eos : stolam glóriæ induit eos, * Et ad portas paradísi coronávit eos. V̄. Induit eos Dóminus lorícám fídei, et ornávit eos. Et.

LECTIO VIII

SCIENTIA cóngruit lugéntibus, qui jam cognévunt in Scriptúris, quibus malis vincti teneántur, quæ tamquam bona et utília ignorántes appetiérunt ; de quibus hic dicitur : Beáti qui lugent nunc. Fortitúdo cóngruit esuriéntibus et sitiéntibus ; labórant enim desiderántes gáudium de veris bonis, et amórem a terrénis et corporálibus avértere cupiéntes ; de quibus hic dicitur : Beáti qui esúriunt et sítiunt justítiam. Consílium cóngruit misericórdibus ; hoc enim unum remédium est de tantis malis evadéndi, ut dimittámus, sicut nobis dimítti vólumus, et adjuvémus, in quo póssumus, álios, sicut et nos, in quo non póssumus, cúpimus adjuvári ; de quibus hic dicitur : Beáti misericórdes, quóniam ipsórum miserébitur Deus.

R̄. Vidi conjúctos viros, habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti facti amíci Dei. V̄. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem et dicéntem. Isti. Glória Patri. Isti.

ceux qui n'ont pas d'enflure, pas d'orgueil, et dont l'Apôtre dit : *N'exalte pas tes ambitions, mais crains*¹, c'est-à-dire « ne t'enorgueillis pas ». La piété convient aux doux ; car celui qui cherche avec piété honore la sainte Écriture, ne critique pas ce qu'il n'a pas encore compris, et ainsi ne résiste pas, c'est-à-dire pratique la douceur. Voilà pourquoi il est dit ici : *Bienheureux les doux, parce qu'ils posséderont la terre.*

R⁷. Le Seigneur les a aimés et parés ; il les a revêtus de la robe de gloire, * Et aux portes du Paradis, il les a couronnés. V. Le Seigneur les a revêtus de la cuirasse de la foi et il les a parés. Et aux portes.

LEÇON VIII

LA science concerne ceux qui pleurent, qui ont appris dans les Écritures à quels maux ils sont enchaînés, les ayant désirés, par ignorance, comme bons et utiles. C'est à leur sujet, qu'il est dit ici : *Bienheureux ceux qui pleurent maintenant.* La force convient à ceux qui ont faim et soif ; car ils souffrent en désirant jouir des biens véritables et en souhaitant d'éloigner leur amour de ce qui est terrestre et corporel. A leur sujet il est dit ici : *Bienheureux ceux qui ont faim et soif de la justice.* Le conseil se rapporte aux miséricordieux, car l'unique remède pour échapper à de si grands maux, c'est de pardonner comme nous voulons qu'on nous pardonne, et d'aider les autres selon notre possible, si nous voulons être aidés en ce que nous ne pouvons faire. De ceux-là il est dit ici : *Bienheureux ceux qui sont miséricordieux, car Dieu le sera pour eux.*

R⁷. J'ai vu des hommes assemblés, portant de splendides vêtements, et l'Ange du Seigneur me parla en disant : * Ceux-ci sont des hommes saints, devenus les amis de Dieu. V. J'ai vu un ange de Dieu, fort, volant au milieu du ciel, criant d'une voix puissante et proclamant. Ceux-ci. Gloire au Père. Ceux-ci.

1. Rom. XI, 20.

LECTIO IX

INTELLECTUS cóngruit mundis corde, tamquam purgáto óculo, quo cerni possit quod corpóreus óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit ; de quibus hic dícitur : Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt. Sapiéntia cóngruit pacíficis, in quibus jam ordináta sunt ómnia, nullúsque motus advérsus ratiónem rebéllis est, sed cuncta obtémperant spirítui hóminis, cum et ipse obtémperet Deo ; de quibus hic dícitur : Beáti pacífici. Unum autem præmium, quod est regnum cælórum, pro his grádibus várie nominátum est.

DIE 7 NOVEMBRIS

DE VII DIE INFRA OCTAVAM
OMNIUM SANCTORUM

SEMIDUPLEX



IN II NOCTURNO

LECTIO IV

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Sermo de Mart., quod aut imitandi sunt, aut non laudandi.

QUI Sanctórum mérita religiósa caritáte mirátur, quique justórum glórias frequénti laude collóquitur, eórum mores sanctos atque justítiam imitétur ; quóniam, quem deléctat Sancti alicújus méritum, delectáre debet par circa cultum Dei obséquium. Quare aut imitári debet, si laudat ; aut laudáre non debet, si imitári detréctat : ut, qui álium laudat, laudábilem se reddat ; et, qui Sanctórum mérita admi-

LEÇON IX

L'INTELLIGENCE convient aux cœurs purs, comme à l'œil sain, permettant de voir *ce que l'œil du corps n'a pas vu, ce que l'oreille n'a pas entendu, et qui n'est pas monté au cœur de l'homme*¹. Pour eux il est dit ici : *Bienheureux les cœurs purs, car ils verront Dieu*. La Sagesse convient aux pacifiques, en qui tout est désormais ordonné, en qui ne se trouve aucun mouvement rebelle à la raison, mais où tout obéit à l'esprit de l'homme, et l'homme à Dieu. C'est d'eux qu'il est dit ici : *Bienheureux les pacifiques*. Et il n'y a d'ailleurs qu'une récompense, le royaume des cieux, mais elle est exprimée de diverses façons, selon chacun de ces degrés.

7 NOVEMBRE

SEPTIÈME JOUR DANS L'OCTAVE
DE LA TOUSSAINT

SEMIDOUBLE



AU II^{ème} NOCTURNE

LEÇON IV

Sermon de saint Jean Chrysostôme.

Sermon sur les Martyrs qu'il faut imiter, ou ne pas louer.

CELUI qui, avec une religieuse estime, admire les mérites des Saints, qui s'entretient souvent avec éloge des gloires des justes, doit imiter aussi leur vie sainte et leur justice ; parce que si l'on se complaît dans les mérites d'un Saint, on doit se complaire aussi dans une égale déférence pour le service de Dieu. Ainsi faut-il imiter, si l'on approuve, ou s'abstenir d'approuver, si l'on refuse d'imiter ; afin que celui qui en loue un autre, se

1. I Cor. II, 9.

rátur, mirábilis ipse vitæ sanctitáte reddátur. Nam, si proptérea justos fidelésque dilígimus, quod in ipsis justítiam fidémque suspícimus, póssumus nos quoque esse quod sunt, si faciámus ipsi quod fáciunt.

R̄. Abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis Sanctórum : et jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, * Quóniam prióra transiérunt. V̄. Non esúrient, neque sítient ámplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quóniam.

LECTIO V

NEQVE enim difficile nobis est quod ab ipsis géritur imitári, cum sine præcedénti exémplo ab antíquis tália gesta conspícimus, ut non ipsi aliórum æmulí redderéntur, sed æmulándæ virtútis seípsos nobis præbérent exémpulum ; ut, dum nos ex ipsis, et ex nobis álii proficiunt, sic Christus in suis semper servis in Ecclésia sancta laudétur. Unde, ab orígine mundi, innocens Abel occíditur, Enoch Deo placens transfértur, justus Noë invenítur, Abraham fidélis probátur, Móyses mansuétus dignóscitur, Jesus castus, David lenis, Elías accéptus, Dániel sanctus, tres púeri victóres reddúntur.

R̄. Pretiósá in conspéctu Dómini * Mors Sanctórum ejus. V̄. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors.

LECTIO VI

APOSTOLI, discípuli Christi, credéntium magístri habéntur ; e quibus erudíti Confessóres fortíssimi pugnant, Mártyres perfécti triúmphant, et christiáni semper exércitus diábolum Deo armáti debéllant. In istis semper pares virtútes, dissímiles pugnæ, gloriósæ victóriæ. Unde tu, Christiáne, delicátus es

rende lui-même digne de louanges, et que celui qui admire les mérites des Saints, se rende admirable par la sainteté de la vie. Car si nous aimons les justes et les fidèles, pour cette raison qu'en eux nous découvrons la justice et la foi, nous pouvons aussi bien être ce qu'ils sont, si nous faisons ce qu'ils font.

Ry. Dieu essuiera toute larme de leurs yeux, et il n'y aura plus alors, ni deuil, ni cri, ni aucune douleur, * Parce que les premières choses auront passé. V. Ils n'auront plus faim, ni soif, et le soleil et la chaleur ne les accableront plus. Parce que.

LEÇON V

L ne nous est d'ailleurs pas difficile d'imiter ce qu'ils font, puisque nous voyons tout cela fait, sans exemple précédent, par les anciens qui, n'ayant pas à rivaliser avec d'autres, nous ont offert l'exemple de leur vertu, pour que nous rivalisions avec eux. De cette manière, tandis que nous grandissons à leur exemple, et d'autres au nôtre, toujours, dans la Sainte Église le Christ est loué en ses serviteurs. Voilà pourquoi, au début du monde, Abel innocent est tué, Énoch agréable à Dieu est enlevé, Noé est manifesté juste, Abraham reconnu fidèle, Moïse doux, Josué chaste, David docile, Élie agréable (à Dieu), Daniel saint, et aux trois jeunes gens est donnée la victoire.

Ry. Elle a du prix au regard du Seigneur, * La mort de ses Saints. V. Le Seigneur garde tous leurs os, pas un seul ne sera brisé. La mort.

LEÇON VI

LES Apôtres et les disciples du Christ sont reconnus maîtres des croyants. Formés par eux, les Confesseurs combattent pleins de courage, les Martyrs, dans leur perfection, triomphent, et les milices chrétiennes armées par Dieu, continuent de battre le démon. En celles-ci les vertus sont toujours identiques, les combats différents, les victoires glorieuses. Voilà pourquoi, toi,

miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exsere vires, fortiter dimica, atrociter in praelio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce : pactum quod spondisti ; conditionem qua accessisti ; militiam cui nomen dedisti.

Ry. Stola jucunditatis induit eos Dominus : * Et coronam pulchritudinis posuit super capita eorum. V. Cibavit illos Dominus pane vitæ et intellectus : et aqua sapientiæ salutæ potavit illos. Et. Glória Patri. Et.

IN III NOCTURNO

LECTIO VII

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Cap. V, 1-12.

IN illo tempore : Videns Jesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini Episcopi.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, cap. 4.

IN primo gradu, sicut oportebat, positum est regnum cælorum, quod est perfectæ summæque sapientiæ animæ rationalis. Sic itaque dictum est : Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum ; tamquam diceretur : Initium sapientiæ timor Domini. Mitibus hereditas data est, tamquam testamentum Patris cum pietate quærentibus : Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Lugentibus consolatio, tamquam scientibus quid amisserint et quibus mersi sunt : Beati qui lugent nunc,

i. Sans pitié pour tes inclinations désordonnées.

chrétien, tu es un soldat bien délicat, si tu comptes pouvoir vaincre sans bataille, triompher sans combat. Montre tes forces, guerroie avec vaillance, lutte sans pitié¹ dans ce combat. Considère l'engagement, sois attentif à sa condition, reconnais qu'il s'agit d'une milice ; considère l'engagement que tu as promis, sois attentif à la condition par où tu en es arrivé là, reconnais la milice à laquelle tu as donné ton nom.

Ry. D'une robe d'allégresse, le Seigneur les a revêtus ; * Et c'est une couronne de beauté qu'il a placée sur leurs têtes. V. Le Seigneur les a nourris du pain de vie et d'intelligence, et c'est de l'eau de la sagesse du salut, qu'il a les abreuvés. Et. Gloire au Père. Et.

AU III^{ème} NOCTURNE

LEÇON VII

Lecture du saint Évangile selon saint Matthieu.

Chapitre V, 1-12.

EN ce temps-là, Jésus, voyant les foules, monta sur une montagne, et, quand il se fut assis, ses disciples vinrent près de lui. Et le reste.

De l'Homélie de saint Augustin, Évêque.

Livre 1 du sermon du Seigneur sur la montagne, chapitre 4.

AU premier degré, comme c'était nécessaire, est placé le royaume des cieus qui appartient à la sagesse suprême et parfaite de l'âme raisonnable. Ainsi a-t-il été dit : *Bienheureux les pauvres d'esprit, car le royaume des cieus est à eux*, comme pour dire : « Le commencement de la sagesse, c'est la crainte du Seigneur. » Aux doux est donné l'héritage, comme à ceux qui cherchent avec piété le testament du Père. *Bienheureux les doux, parce qu'ils auront la terre en héritage.* La consolation est à ceux qui pleurent, comme à des gens qui ont conscience de ce qu'ils ont perdu et de ce qui les submerge. *Bienheureux ceux qui pleurent maintenant, car ils seront consolés.* A ceux

quóniam ipsi consolabúntur. Esuriéntibus et sitiéntibus satúritas, tamquam reféctio laborántibus fortitér-que certántibus ad salútem : Beáti qui esúriunt et sítiunt justítiam, quóniam ipsi saturabúntur.

R̄. Amávit eos Dóminus, et ornávit eos : stolam glóriæ induit eos, * Et ad portas paradísi coronávit eos. V̄. Induit eos Dóminus lorícam fidei, et ornávit eos. Et ad portas.

LECTIO VIII

MISERICORDIBUS misericórdia, tamquam vero et óptimo consílio uténtibus, ut hoc eis exhibeátur a potentióre, quod invalidióribus ipsi éxhibent : Beáti misericórdes, quóniam ipsórum miserébitur Deus. Mundis corde facúltas est vidéndi Deum, tamquam purum óculum ad intelligénda æténa geréntibus : Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt. Pacíficis Dei similitúdo est, tamquam perfécte sapiéntibus, formatisque ad imáginem Dei per regeneratió-
nem renováti hóminis : Beáti pacífici, quóniam ipsi filii Dei vocabúntur. Et ista quidem in hac vita possunt compléri, sicut compléta esse in Apóstolis crédimus. Nam illa omnímota et in angélicam formam mutátio, quæ post hanc vitam promíttitur, nullis verbis expóni potest.

R̄. Vidi conjúctos viros, habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locúsus est ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti facti amíci Dei. V̄. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem et dicéntem. Isti. Glória Patri. Isti.

LECTIO IX

BEATI ergo, qui persecutió-
nem patiúntur propter justítiam ; quóniam ipsórum est regnum cælórum. Hæc octáva senténtia, quæ ad caput redit perfectúmque hóminem declárat, significátur fortásse et

qui ont faim et soif est promis le rassasiement, comme la réfection à ceux qui travaillent et combattent avec force pour le salut. *Bienheureux ceux qui ont faim et soif de la justice, parce qu'ils seront rassasiés.*

R₇. Le Seigneur les a aimés et parés ; il les a revêtus de la robe de gloire, * Et aux portes du Paradis, il les a couronnés. V. Le Seigneur les a revêtus de la cuirasse de la foi, et il les a parés. Et aux portes.

LEÇON VIII

AUX miséricordieux, la miséricorde, comme à ceux qui pratiquent le véritable et excellent conseil, pour qu'ils reçoivent du plus fort ce qu'ils donnent aux plus faibles. *Bienheureux les miséricordieux, parce que Dieu leur fera miséricorde.* Aux cœurs purs est réservé le pouvoir de voir Dieu, comme à ceux qui possèdent un œil net pour comprendre les choses éternelles. *Bienheureux les cœurs purs, parce qu'ils verront Dieu.* Aux pacifiques est donnée la ressemblance avec Dieu, comme aux sages parfaits et formés à l'image de Dieu, par la régénération de l'homme nouveau. *Bienheureux les pacifiques, parce qu'ils seront appelés fils de Dieu.* Et tout cela peut s'accomplir dès cette vie, comme nous le croyons réalisé dans les Apôtres. Quant au changement complet en la nature des anges, qui nous est promise après cette vie, aucune parole ne peut l'expliquer.

R₇. J'ai vu des hommes assemblés, portant de splendides vêtements, et l'Ange du Seigneur me parla en disant : * Ceux-ci sont des hommes saints, devenus les amis de Dieu. V. J'ai vu un ange de Dieu, fort, volant au milieu du ciel, criant d'une voix puissante et proclamant. Ceux-ci. Gloire au Père. Ceux-ci.

LEÇON IX

BIENHEUREUX donc ceux qui souffrent persécution pour la justice, parce que le royaume des cieux est à eux. Cette huitième sentence, qui revient au début et montre l'homme parfait, semble bien signifiée, et par la circonci-

circumcisióne octávo die in véteri Testaménto ; et Dómini resurrectióne post sábbatum, qui est útique octávus idémque primus dies ; et celebratióne octavárum feriárum, quas in regeneratióne novi hóminis celebrámus ; et número ipso Pentecóstes. Nam septenário número sépties multiplicáto, quo fiunt quadragínta novem, quasi octávus ádditur, ut quinquagínta compleántur. Ēt tamquam redeátur ad caput, quo die missus est Spíritus Sanctus, eo in regnum cælórum dúcimur, et hereditátem accípimus, et consolámur, et páscimur, et misericórdiam conséquimur, et mundámur, et pacificámur. Atque, ita perfecti, omnes extrínsecus illátas moléstias pro veritáte et justítia sustinémus.

Vesperæ de sequenti.

**DIE 8 NOVEMBRIS
IN OCTAVA OMNIUM SANCTORUM
DUPLEX MAJUS**



In I Vesperis fit Commemoratio Ss. Quatuor Coronatorum Mm. :

Ant. Istórum est enim * regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni.

Ū. Exsultábunt Sancti in glória. R̄. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus : ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne

sion au huitième jour, dans l'Ancien Testament, et par la résurrection du Seigneur après le sabbat, qui est bien le huitième et aussi le premier jour ; et par la célébration des octaves que nous fêtons au baptême d'un nouvel homme ; et par le nombre même de la Pentecôte. Car à sept fois sept, qui font quarante-neuf, on ajoute en quelque sorte un huitième pour faire cinquante. Et, comme si l'on recommençait, le jour où le Saint-Esprit est envoyé, ce jour-là même nous sommes conduits au royaume des cieux, nous recevons l'héritage, nous sommes consolés, nourris, comblés de miséricordes, purifiés et pacifiés. Alors, ainsi parfaits, nous supportons tous les ennuis venus du dehors, pour la vérité et la justice.

Vêpres du suivant.

8 NOVEMBRE
OCTAVE DE LA TOUSSAINT
DOUBLE-MAJEUR



Aux I^{ères} Vêpres, on fait Mémoire des
Quatre Saints Couronnés, Martyrs.

Ant. C'est bien à ceux-ci qu'appartient le royaume des cieux, à ceux qui, ayant méprisé la vie du monde, sont parvenus aux récompenses, et ont lavé leurs robes dans le Sang de l'Agneau.

Ÿ. Ils exulteront, les Saints, en gloire. *R̄.* Et ils se réjouiront sur leurs lits de repos.

Oraison

ACCORDEZ à notre demande, Seigneur tout-puissant, qu'ayant reconnu la force de vos glorieux Martyrs

cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

IN II NOCTURNO

LECTIO IV

Ex libro sancti Cypriáni Episcopi et Mátyris
de mortalitáte.

In fine.

CONSIDERANDUM est, fratres dilectíssimi, et idén-
tídem cogitándum, renuntiásse nos mundo, et
tamquam hóspites et peregrínos hic ínterim dégere.
Amplectámur diem, qui assignat síngulos domicílio
suo, qui nos, istinc eréptos et láqueis sæculáribus
exsolútos, paradíso restítuit et regno cælésti. Quis
non, péregre constitútus, properáret in pátriam régre-
di? Quis non, ad suos navigáre festínans, ventum
prósperum cupídius optáret, ut velóciter caros liceret
amplécti?

R̄. Abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis
Sanctórum : et jam non erit ámplius neque luctus,
neque clamor, sed nec ullus dolor, * Quóniam prióra
transiérunt. V̄. Non esúrient, neque sítient ámplius,
neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quón-
iam.

LECTIO V

PATRIAM nostram paradísum computámus, parén-
tes Patriárchas habére jam cœpimus : quid non
properámus et cúrrimus, ut pátriam nostram vidére,
ut paréntes salutáre possímus? Magnus illic nos caró-
rum númerus exspéctat, paréntum, fratrum, filiórum
frequens nos et copiósa turba desíderat, jam de sua
immortalitáte secúra et adhuc de nostra salúte sollí-
cita. Ad horum conspéctum et compléxum veníre,

dans la confession de leur foi, nous les sentions compatissants dans leur intercession pour nous auprès de vous. Par Notre-Seigneur.

AU II^{ème} NOCTURNE

LEÇON IV

Du livre de saint Cyprien, Évêque et Martyr,
sur la mort.

A la fin.

IL faut considérer, frères bien-aimés, et penser souvent que nous avons renoncé au monde, et que nous demeurons ici-bas comme des hôtes et des pèlerins. Aimons le jour qui met chacun à sa vraie place, nous fait sortir d'ici-bas, nous délivre des biens du monde et nous rend au paradis et au royaume céleste. Quel est donc l'exilé qui ne se hâterait pas de retourner dans sa patrie? Qui donc, retournant vers les siens, ne souhaiterait pas, ne désirerait pas le vent favorable, pour pouvoir serrer plus tôt dans ses bras ceux qui lui sont chers?

R̄. Dieu essuiera toute larme de leurs yeux ; et il n'y aura plus alors, ni deuil, ni cri, ni aucune douleur, * Parce que les premières choses auront passé. V̄. Ils n'auront plus faim, ni soif ; et le soleil et la chaleur ne les accableront plus. Parce que.

LEÇON V

NOUS regardons le ciel comme notre patrie, nous avons déjà les Patriarches pour pères ; pourquoi ne pas nous hâter et courir, afin de pouvoir contempler notre pays, saluer nos parents? Un grand nombre d'amis nous attendent là-haut, une foule nombreuse nous y désire, parents, frères, fils, déjà assurés de leur immortalité, et encore préoccupés de notre salut. Arriver à leur présence et à leurs embrassements, quelle grande joie

quanta et illis et nobis in commúne lætítia est! Qualis illic cæléstium regnórum volúptas sine timóre moriéndi, et cum æternitáte vivéndi! Quam summa et perpétua felicitas!

R/. Pretiósá in conspéctu Dómini * Mors Sanctórum ejus. V. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors.

LECTIO VI

ILLIC Apostolórum gloriósus chorus, illic Propheetárum exsultántium númerus, illic Mártyrum innumerábilis pópulus, ob certáminis et passiónis victóriam coronátus. Triumphántes illic Vírgines, quæ concupiscéntiam carnis et córporis, continétiæ róbores, subegérunt. Remuneráti misericórdes, qui, aliméntis et largitióibus páuperum, justítiæ ópera fecérunt : qui, Domínica præcépta servántes, ad cæléstes thesáuros terréna patrimónia transtulérunt. Ad hos, fratres dilectíssimi, ávida cupiditáte properémus, et cum his cito esse, ut cito ad Christum veníre contíngat, optémus.

R/. Stola jucunditátis índuit eos Dóminus : * Et coronám pulchritúdinis pósuit super cápita eórum. V. Cibávit illos Dóminus pane vitæ et intelléctus : et aqua sapiétiæ salutáris potávit illos. Et. Glória Patri. Et.

IN III NOCTURNO

LECTIO VII

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Cap. V, 1-12.

IN illo témpore : Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

pour eux et pour nous ! quelle n'est pas la douceur de ces royaumes célestes où, sans crainte de mourir, on a l'éternité de la vie ! quel bonheur suprême et sans fin !

Ry. Elle a du prix au regard du Seigneur, * La mort de ses Saints. V. Le Seigneur garde tous leurs os, pas un seul ne sera brisé. La mort.

LEÇON VI

C'EST là qu'on voit le chœur glorieux des Apôtres, la foule des Prophètes exultant, le peuple innombrable des Martyrs couronnés pour leur victoire dans le combat et la souffrance. Là triomphent les Vierges qui par la force de la continence ont vaincu la concupiscence de la chair et du corps. Là sont récompensés les miséricordieux qui, en nourrissant et en comblant de biens les pauvres, ont accompli les œuvres de justice ; qui, pour avoir gardé les préceptes du Seigneur, ont emporté dans les trésors célestes les biens de la terre. Vers eux, frères bien-aimés, hâtons-nous par la véhémence du désir, et souhaitons d'être bientôt auprès d'eux, pour qu'il nous arrive d'atteindre rapidement le Christ.

Ry. D'une robe d'allégresse, le Seigneur les a revêtus ; * Et c'est une couronne de beauté qu'il a placée sur leurs têtes. V. Le Seigneur les a nourris du pain de vie et d'intelligence, et c'est de l'eau de la sagesse du salut, qu'il les a abreuvés. Et. Gloire au Père. Et.

AU III^{ième} NOCTURNE

LEÇON VII

Lecture du saint Évangile selon saint Matthieu.

Chapitre V, 1-12.

EN ce temps-là, Jésus, voyant les foules, monta sur une montagne, et, quand il se fut assis, ses disciples vinrent près de lui. Et le reste.

De Homilla sancti Augustini Episcopi.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, cap. 5.

BEATI éritis, inquit, cum vobis maledícent, et persequéntur vos, et dicent omne malum advérsus vos, mentiéntes, propter me : gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra multa est in cælis. Animadvértat quisquis delicias hujus sæculi et facultátes rerum temporálium quærit in nómine christiáno, intrínsecus esse beatitúdinem nostram ; sicut de ánima ecclesiástica ore prophético dicitur : Omnis glória ejus filiæ regis ab intus. Nam extrínsecus maledícta, et persecutiónes, et detractiões promittúntur ; de quibus tamen magna merces est in cælis, quæ sentítur in corde patiéntium, eórum qui jam possunt dícere : Gloriámur in tribulatió nibus, sciéntes quod tribulatio patiéntiam operátur, patiéntia autem probatió nem, probatio vero spem, spes autem non confúndit ; quia caritas Dei diffúsa est in córdibus nostris per Spíritum Sanctum, qui datus est nobis.

R/. Amávit eos Dóminus, et ornávit eos : stolam glóriæ induit eos, * Et ad portas paradísi coronávit eos. V. Induit eos Dóminus lorícam fidei, et ornávit eos. Et.

LECTIO VIII

NON enim ista pérpeti fructuósum est, sed ista pro Christi nómine non solum æquo ánimo, sed étiam cum exsultatió ne toleráre. Nam multi hæréti, nómine christiáno ánimas decipiéntes, multa tália patiúntur ; sed ídeo excludúntur ab ista mercéde, quia non dictum est tantum : Beati qui persecutió nem patiúntur, sed ádditum est, Propter justítiam. Ubi autem sana fides non est, non potest esse justítia ;

1. Ps. XLIV, 15.

De l'Homélie de saint Augustin, Évêque.

Livre 1 du Sermon du Seigneur sur la montagne, chap. 5.

BIENHEUREUX serez-vous, dit-il, quand on vous maudira et persécutera, quand on dira, à tort, toutes sortes de mauvaises paroles contre vous, à cause de moi : réjouissez-vous et soyez dans l'allégresse, parce que votre récompense est grande dans les cieux. Quiconque cherche, dans le nom chrétien, les plaisirs de ce monde et la possession des biens temporels, doit se rendre compte que notre bonheur est au-dedans, comme disait le prophète à propos de l'âme chrétienne : *Toute la gloire de la fille du roi est au-dedans*¹. Car au dehors nous sont promises des malédictions, des persécutions et des calomnies dont nous recevrons grande récompense dans le ciel, récompense déjà sentie dans le cœur de ceux qui les supportent, de ceux qui maintenant peuvent dire : *Nous nous glorifions dans les tribulations, sachant que la tribulation produit la patience ; la patience, l'épreuve ; l'épreuve, l'espérance, et une espérance qui ne trompe pas, car l'amour de Dieu a été répandue dans nos cœurs par l'Esprit Saint qui nous a été donné*².

Rγ. Le Seigneur les a aimés et parés ; il les a revêtus de la robe de gloire, * Et aux portes du Paradis, il les a couronnés. V. Le Seigneur les a revêtus de la cuirasse de la foi et il les a parés. Et aux portes.

LEÇON VIII

CE n'est pas cette souffrance en elle-même qui est fructueuse, mais c'est le support de ces peines pour le nom du Christ, non seulement dans le calme, mais dans la joie. Beaucoup d'hérétiques, qui trompent les âmes sous le nom chrétien, endurent nombre de ces choses, mais ils sont exclus de la récompense promise, parce qu'il n'a pas été dit seulement : *Bienheureux ceux qui souffrent persécution, mais en plus : à cause de la justice*. Or sans foi pure, la justice est impossible, puisque, *Le juste vit de la*

2. Rom. V, 3-5.

quia, Justus ex fide vivit. Neque schismátici áliquid sibi ex ista mercéde promíttant ; quia simíliter, ubi caritas non est, non potest esse justítia. Diléctio enim próximi malum non operátur ; quam si habérent, non dilaniárent corpus Christi, quod est Ecclésia.

R̄. Vidi conjúctos viros, habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti facti amíci Dei. †. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem et dicéntem. Isti. Glória Patri. Isti.

Pro Ss. Quatuor Coronatis Martyribus.

LECTIO IX

SEVERUS, Severiánus, Carpóphorus et Victorínus fratres, in persecutióne Diocletiáni, deórum cultum líbere detestántes, plumbátis cæsi, in verbéribus vitam pro Christi nómine profuderunt. Quorum córpora, cánibus objécta, cum ab illis intácta diu fuissent, subláta a Christiánis, via Lavicána tértio ab Urbe lápide, in arenária sepeliúntur prope sepúlcrum sanctórum Mártyrum Cláudii, Nicóstrati, Symphoriáni, Castórii et Simplícii, qui eódem imperatóre passi erant ; quod, cum essent summi sculptóres, nullo modo addúci potúerant ut idolórum státuas fácerent, et, ad solis simulácrum ducti, ut illud veneraréntur, numquam commissúros se dixerunt ut adorárent ópera mánuum hóminum. Quam ob rem in cárcerem conjécti, cum ibi multos dies in eódem propósito perstitissent, primum scorpiónibus cæsi, deínde, vivi plúmbeis lóculis inclúsi, in flumen deji-ciúntur. Exstat in Urbe ecclésia sub nómine sanctórum Quátuor Coronatórum, quorum diu ignóta nó-

1. Rom. I, 17.

*foi*¹. Que les schismatiques non plus ne se promettent pas de participer à cette récompense, parce que sans charité, il n'y a pas non plus de justice. *L'amour du prochain, en effet, n'opère pas le mal*², et s'ils possédaient cet amour, ils ne déchireraient pas le corps du Christ, l'Église.

R̄. J'ai vu des hommes assemblés, portant de splendides vêtements, et l'Ange du Seigneur me parla en disant : * Ceux-ci sont des hommes saints, devenus les amis de Dieu. V̄. J'ai vu un ange de Dieu, fort, volant au milieu du ciel, criant d'une voix puissante, et proclamant. Ceux-ci Gloire au Père. Ceux-ci.

Pour les Quatre Saints Couronnés Martyrs.

LEÇON IX

SÉVÈRE, Séverin, Carpophore et Victorin, tous frères, rejetant de plein gré le culte des dieux, pendant la persécution de Dioclétien, et frappés de fouets plombés, donnèrent sous les coups leur vie pour le Christ. Leurs corps, jetés aux chiens, et laissés longtemps intacts par eux, furent enlevés par des chrétiens, et ensevelis sur la voie Lavicane, à la troisième borne en partant de Rome, dans une carrière de sable, près du sépulcre des saints martyrs Claude, Nicostrate, Symphorien, Castor et Simplicius, suppliciés sous le même empereur, parce que, sculpteurs de talent, ils n'avaient pu être amenés à faire des statues d'idoles. Conduits à l'image du soleil pour la vénérer, ils avaient assuré que jamais ils ne commettraient la faute d'adorer des œuvres des mains d'hommes. Jetés aussitôt en prison, ils y restèrent longtemps, persévérant dans leur propos ; puis ils furent d'abord frappés de fouets armés de pointes de fer, puis enfermés vivants dans des cercueils de plomb et jetés au fleuve. On voit à Rome une église, sous le vocable des Quatre Saints Couronnés, dont les noms, demeurés longtemps inconnus, furent

2. Rom., XIII, 10.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

mina, divinitus póstea patefácta sunt ; ubi non solum illórum quátuor, sed étiam horum quinque Mártyrum córpora honorífice sepúlta sunt, et eórum festívitás sexto Idus Novémbris celebrátur.

Ad Laudes, fit Commemoratio Ss. Quatuor Coronatorum, Mm. :

Ant. Vestri capílli cápítis * omnes numeráti sunt : nolíte timére : multis passéribus melióres estis vos.

∇. Lætámini in Dómino et exsultáte, justí. R̄. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus : ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Vesperæ de sequenti : In Dedicatione Archibasilicæ Sanctissimi Salvatoris, Commemoratio tantum præcedentis. Cf. Fasciculum 14.

OFFICIUM DEFUNCTORUM



Dicitur in Choro in die depositionis et aliis diebus pro temporis opportunitate et ecclesiarum consuetudine : Vesperæ post Vesperas diei ; Matutinum cum Laudibus post Laudes diei, immediate post : ∇. Benedicámus Dómino et : Deo grátias. Et non duplicantur Antiphonæ præterquam in die depositionis, in die post acceptum mortis nuntium, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, etiam late sumpto ; et quoties solemniter

révélés miraculeusement par la suite ; là sont enterrés avec honneur, outre leurs corps, ceux des cinq Martyrs, et leur fête se célèbre le six des Ides de Novembre.

A Laudes, on fait Mémoire des Quatre Saints Couronnés, Martyrs :

Ant. Les cheveux de votre tête sont tous comptés ; ne craignez point, vous valez mieux que beaucoup de passereaux.

∇. Réjouissez-vous dans le Seigneur et exultez, ô justes.
Rγ. Et soyez glorifiés, vous tous qui avez le cœur droit.

Oraison

ACCORDEZ à notre demande, Seigneur tout-puissant, qu'ayant reconnu la force de vos glorieux Martyrs dans la confession de leur foi, nous les sentions compatissants dans leur intercession pour nous auprès de vous. Par Notre-Seigneur.

Vêpres du suivant : Dédicace de l'Archibasilique de Saint-Jean de Latran avec Mémoire du précédent seulement. Cf. Fascicule 14.

OFFICE DES MORTS



On le récite au chœur, le jour des funérailles et aussi à d'autres jours, selon la coutume des Églises et l'opportunité du temps. Les Vêpres se disent après les Vêpres du jour, les Matines avec les Laudes, après les Laudes du jour, immédiatement après le ∇. : Bénissons le Seigneur: et : Rendons grâces à Dieu. On ne double pas les Antiennes, sauf au jour des funérailles, le lendemain du jour où l'on a reçu la nouvelle du décès, et aussi les troisième, septième et trentième jours, ainsi que le jour anniversaire entendu au sens large. On les double aussi chaque fois qu'on

celebratur Officium. In fine vero omnium Psalmorum semper dicitur : Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine. Et lux perpétua * lúceat eis, etiam si pro uno tantum fiat Officium.

AD VESPERAS

Quoties Vesperæ vel delationem cadaveris ad ecclesiam ac Responsorium : Subveníte, vel Officium diei currentis immediate non sequantur, dicitur secreto : Pater noster et : Ave María ; secus absolute incipitur ab Ant. : Placébo Dómino et recitantur Vesperæ ut in die Commemorationis omnium Defunctorum, p. 25. Repetita autem Antiphona : Omne quod dat mihi Pater, post Magnificat, dicuntur preces infrascriptæ, flexis genibus ; similiter et ad Laudes :

Pater noster, *secreto usque ad V*. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed líbera nos a malo.

¶ Sequens Ps. : Lauda ánima mea, non dicitur in die obitus seu depositionis defuncti, neque quandocumque Officium recitatur ritu duplici.

Psalmus 145

LAUDA ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea * psallam Deo meo, quámdiu fúero.

2. Nolíte confídere in princípibus : * in filiis hóminum in quibus non est salus.

3. Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

4. Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino, Deo ipsíus : * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

célèbre l'Office solennellement. Mais on dit toujours à la fin de tous les Psaumes : Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur. Et que la lumière perpétuelle brille sur eux, même si l'Office se dit pour un seul défunt.

A VÊPRES

Chaque fois que les Vêpres ne suivent pas immédiatement le Répons : Secourez-le qu'on chante à l'entrée du corps à l'église, ou l'office du jour, on dit à voix basse : Notre Père et Je vous salue Marie. Autrement, on commence immédiatement par l'Antienne : Je plairai au Seigneur et les Vêpres se récitent comme au jour de la Commémoration de tous les fidèles défunts, p. 25, puis quand on a répété l'Antienne : Tout ce que me donne mon Père, après le Magnificat, on dit à genoux, les prières qui suivent et qui se disent, de la même façon, à la fin des Laudes :

Notre Père, à voix basse jusqu'au V. Et ne nous laissez pas succomber à la tentation. R̄. Mais délivrez nous du mal.

¶ **Le Psaume suivant : Loue, mon âme, Yahwéh, ne se dit pas au jour de la mort ou des funérailles d'un défunt, ni quand on récite l'Office sous le rit double.**

Psaume 145. — Dieu suffit au juste.

Refrain. **L**OUÉ, mon âme, Yahwéh!
Je louerai Yahwéh toute ma vie,
Je chanterai mon Dieu, tant que je serai.

- I. 2. Ne vous confiez pas aux princes,
Aux fils de l'homme en qui point de salut.
3. Il s'en va, son esprit, et lui rentre en terre ;
En ce jour-là périssent ses desseins.
- II. 4. Bienheureux celui dont le Dieu de Jacob est le
Dont l'espérance est en Yahwéh, son Dieu, [secours,
Qui a fait le ciel et la terre
Et la mer et tout ce qui est en eux ;

5. Qui custódit veritátem in sáeculum, facit iudícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

6. Dóminus solvit compeditos : * Dóminus illúminat cæcos.

7. Dóminus érigit elisos, * Dóminus díligit justos.

8. Dóminus custódit ádvenas, pupíllum et víduam suscípiet : * et vias peccatórum dispérdet.

9. Regnábít Dóminus in sáecula, Deus tuus, Sion, * in generatiónem et generatiónem.

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Deinde : *Ps.* A porta ínferi. *R.* Erue, Dómine, ánimam ejus (ánimas eórum),

Ps. Requiésca(n)t in pace. *R.* Amen.

Ps. Dómine, exáudi oratiónem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

Ps. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

Oremus

Dicitur Oratio conveniens ex iis, quæ sequuntur ; deinde : *Ps.* Réquiem ætérnam, cum reliquis, ut infra, p. [109].

In die depositionis defuncti

Oratio

ABSOLVE, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*), ut defúnctus(-a) sáeculo tibi vivat : et, quæ per fragilitátem carnis humana conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. *R.* Amen.

- III. 5. Qui garde fidélité pour toujours,
Qui fait justice aux opprimés,
Qui donne du pain aux affamés,
6. Yahwéh délivre les captifs ;
- IV. Yahwéh ouvre les yeux des aveugles ;
7. Yahwéh redresse les abattus ;
Yahwéh aime les justes ;
8. Yahwéh garde les étrangers.
- V. L'orphelin et la veuve, il les soutient,
Et la voie des pécheurs, il la détourne.
9. Il régnera, Yahwéh, éternellement,
Ton Dieu, Sion, de génération en génération.
Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur.
Et que la lumière perpétuelle brille sur eux.
Ensuite : V. De la puissance de l'enfer, R̄. Délivrez
son âme (ou leurs âmes), Seigneur.
V. Qu'elle repose (ou qu'elles reposent) en paix. R̄. Ain-
si soit-il.
V. Seigneur, exaucez ma prière. R̄. Et que mon cri
arrive jusqu'à vous.
V. Que le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.

Prions

On dit alors une des oraisons suivantes,
choisie en conformité avec l'intention de
l'Office, puis le V. : Le repos éternel, avec les
autres invocations indiquées p. 109.

Au jour des funérailles du défunt.

Oraison

ABSOLVEZ, nous vous le demandons, Seigneur, l'âme
de votre serviteur N. (ou de votre servante N.)
afin que mort (ou morte) à ce monde, elle vive pour
vous, et que par le pardon de votre très miséricordieuse
compassion, vous la purifiez des fautes qu'elle a com-
mises par fragilité de la chair au cours de sa vie humaine.
Par Notre-Seigneur Jésus-Christ, votre Fils qui vit et
régne avec vous, dans l'unité du Saint-Esprit, Dieu, dans
tous les siècles des siècles. R̄. Ainsi soit-il.

Vel alia Oratio

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplíces exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*), quam hódie de hoc sáculo migráre iussísti : ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci ; ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia æténa possídeat. Per Dóminum.

In die tertio, septimo et trigesimo depositionis defuncti :

Oratio

QUÆSUMUS, Dómine, ut ánimæ fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*), cujus depositionis diem tertium (*vel séptimum, vel trigésimum*) commemorámus, Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium ; et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum.

In Anniversario :

Oratio

DEUS, indulgentiárum Dómine : da ánimæ fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*, *vel* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (quorum) anniversárium depositionis diem commemorámus, refrigerii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum.

Pro defuncto Summo Pontifice :

Oratio

DEUS, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffábili tua dispositióne connumerári volúisti : præsta, quæsumus ; ut, qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, sanctórum tuórum Pontíficum

Autre Oraison

O DIEU, vous dont la caractéristique est d'être toujours miséricordieux et de pardonner, nous vous prions en suppliant pour l'âme de votre serviteur *N.* (*ou* de votre servante *N.*) à laquelle vous avez ordonné aujourd'hui de sortir de ce monde ; ne la livrez pas aux mains de l'ennemi, ne l'oubliez pas définitivement, mais ordonnez aux saints Anges de la recevoir et de la conduire à la patrie du Paradis, afin qu'ayant espéré et cru en vous, elle n'ait pas à souffrir les peines de l'enfer, mais possède les joies éternelles. Par Notre-Seigneur.

Pour le troisième, le septième ou le trentième jour après les funérailles du défunt :

Oraison

NOUS demandons, Seigneur, qu'à l'âme de votre serviteur *N.* (*ou* de votre servante *N.*) dont nous célébrons le troisième (*ou* le septième, *ou* le trentième) jour après les funérailles, vous daigniez accorder la grâce de partager le sort des saints et des élus et de recevoir l'éternelle rosée de votre miséricorde. Par Notre-Seigneur.

Pour l'anniversaire :

Oraison

DIEU, Seigneur des indulgences, donnez à l'âme de votre serviteur *N.* (*ou* de votre servante *N.*, *ou* aux âmes de vos serviteurs et de vos servantes) dont nous célébrons le jour anniversaire des funérailles, le lieu de rafraîchissement, le bonheur du repos et la clarté de la lumière. Par Notre-Seigneur.

Pour un Souverain Pontife défunt :

Oraison

O DIEU qui, par vos ineffables dispositions, avez voulu mettre au nombre des souverains Pontifes, votre serviteur *N.*, accordez à notre demande qu'ayant été sur terre le Vicaire de votre Fils unique, il soit agrégé pour

consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum.

Pro defuncto Episcopo :

Oratio

DEUS, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) pontificáli fecísti dignitáte vigére : præsta, quæsumus ; ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum.

Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur : fámulum tuum *N.* Episcopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali defuncto qui episcopali dignitate auctus fuerit : fámulum tuum *N.* Presbyterum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero vel pro Diacono Cardinali qui fuerit Sacerdos, defuncto : fámulum tuum *N.* Presbyterum (Díaconum) Cardinálem sacerdotáli fecísti dignitáte.

Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio : Inclína, Dómine, quæ habetur paulo infra, hoc modo : ut ánimam fámuli tui *N.* Díaconi Cardínalis, quam de hoc sæculo etc.

Pro defuncto Sacerdote :

Oratio

DEUS, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : præsta, quæsumus ; ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Item alia Oratio.

PRÆSTA, quæsumus, Dómine : ut ánimam fámuli tui *N.* Sacerdotís, quem, in hoc sæculo commo-

1. Pour l'intelligence de ces Rubriques il faut savoir qu'indépendamment du degré d'ordre qu'a reçu de par son ordination celui qui

toujours à la compagnie de vos saints Pontifes. Par le même Notre-Seigneur.

Pour un Évêque défunt :

Oraison

O DIEU qui parmi les prêtres apostoliques avez daigné honorer votre serviteur *N.* (*ou* vos serviteurs *N.* et *N.*) de la dignité pontificale, accordez à notre demande qu'il soit (*ou* qu'ils soient) agrégé(s) pour toujours à leur compagnie. Par Notre-Seigneur.

Pour un Évêque Cardinal défunt¹, qu'on dise : votre serviteur, *N.*, Cardinal Évêque, de de la dignité pontificale.

Pour un Évêque, Cardinal Prêtre, défunt : votre serviteur *N.*, Cardinal Prêtre, de la dignité pontificale.

Pour un Prêtre, Cardinal Prêtre, ou Cardinal Diacre défunt : votre serviteur *N.*, Cardinal Prêtre (*ou* Cardinal Diacre) de la dignité sacerdotale.

Mais pour un Cardinal Diacre qui n'aurait pas reçu l'Ordre de la Prêtrise, qu'on dise l'Oraison : Inclinez, Seigneur, qu'on trouvera un peu plus loin, en y insérant cette formule : pour que l'âme de votre serviteur *N.* Cardinal Diacre, sortie de ce monde, etc.

Pour un Prêtre défunt :

Oraison

O DIEU, qui parmi les prêtres apostoliques avez honoré votre serviteur *N.* (*ou* vos serviteurs *N.* et *N.*) de la dignité sacerdotale, accordez à notre demande qu'il soit (*ou* qu'ils soient) agrégé(s) aussi à leur compagnie dans l'éternité. Par Notre-Seigneur.

Autre Oraison

ACCORDEZ à notre demande, Seigneur, que l'âme de *N.* votre serviteur et prêtre, qui, pendant sa vie en

est promu à la dignité cardinalice, il y a trois ordres de Cardinaux, les Cardinaux Évêques, les Cardinaux Prêtres et les Cardinaux Diares.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

rântem, sacris munéribus decorásti, in cælésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum.

Pro uno Defuncto :

Oratio

INCLINA, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplīces deprecámur : ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Pro una Defuncta :

Oratio

QUÆSUMUS, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ *N.* : et a contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus :

Oratio

DEUS, véniæ largitor et humanæ salutis amátor : quæsumus cleméntiam tuam ; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum.

Pro patre et matre :

Oratio

DEUS, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti : miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorúmque peccáta dimítte ; meque eos in æternæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

ce monde, a été honoré par vous des fonctions sacrées, exulte éternellement dans la glorieuse demeure du ciel. Par Notre-Seigneur.

Pour un défunt :

Oraison

INCLINEZ, Seigneur, votre oreille aux prières par lesquelles nous implorons en suppliant votre miséricorde d'établir l'âme de votre serviteur *N.* sortie de ce monde par votre ordre, dans la région de la paix et de la lumière, et d'ordonner qu'elle partage le sort de vos Saints. Par Notre-Seigneur.

Pour une défunte :

Oraison

NOUS vous demandons, Seigneur, d'avoir, dans votre compassion, pitié de l'âme de votre servante *N.* et maintenant qu'elle est dégagée des contagions de la vie mortelle, de la remettre en partage du salut éternel. Par Notre-Seigneur.

Pour nos frères, parents et bienfaiteurs
défunts :

Oraison

O DIEU, qui distribuez largement vos pardons et aimez à sauver les hommes, nous demandons à votre clémence qu'aux frères de notre congrégation, à nos proches et à nos bienfaiteurs qui sont sortis de ce monde, vous accordiez, par l'intercession de la bienheureuse Vierge Marie et de tous les Saints, la grâce d'arriver au partage de l'éternelle béatitude. Par Notre-Seigneur.

Pour son père et sa mère :

Oraison

O DIEU, qui nous avez commandé d'honorer notre père et notre mère, ayez pitié, dans votre clémence, des âmes de mon père et de ma mère et remettez leurs péchés et faites-moi les voir dans la joie de la lumière éternelle. Par Notre-Seigneur.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

Si Officium fit pro pluribus, dicatur : animabus paréntum nostrórum, et, ubi dicitur : meque, dicatur nosque.

Si pro patre tantum, dicatur : animæ patris mei, vel : nostri.

Si pro matre tantum, dicatur : animæ matris meæ, vel : nostræ.

In Officio pro Defunctis in genere.

Oratio

DEUS, qui inter apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecisti dignitate vigére : præsta, quæsumus ; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

DEUS, véniæ largitor et humánæ salútis amátor : quæsumus cleméntiam tuam ; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

FIDELIUM, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animabus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió nibus consequántur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R̄. Amen.

Post Orationem dicitur (semper plurali numero) :

Ÿ. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine. R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

Ÿ. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

AD MATUTINUM

Quoties Matutinum vel delationem cada-veris ad ecclesiam ac Responsorium : Subve-níte, vel Matutinum et Laudes diei currentis

Si l'Oraison se dit pour plusieurs, qu'on dise : pour les âmes de nos parents, et où l'on dit : moi, qu'on dise : nous.

Si elle se dit seulement pour le père, qu'on dise : pour l'âme de mon (ou de notre) père.

Si c'est seulement pour la mère, qu'on dise : pour l'âme de ma (ou de notre) mère.

A l'Office des morts, pendant l'année.

Oraison

O DIEU qui, parmi les prêtres apostoliques, avez honoré vos serviteurs de la dignité pontificale ou sacerdotale, accordez à notre demande, qu'ils soient pour toujours agrégés à leur compagnie.

O DIEU qui distribuez largement vos pardons et aimez à sauver les hommes, nous demandons à votre clémence, qu'aux frères de notre congrégation, à nos proches et à nos bienfaiteurs qui sont sortis de ce monde, vous accordiez, par l'intercession de la bienheureuse Vierge Marie et de tous les Saints, la grâce d'arriver au partage de l'éternelle béatitude.

O DIEU, Créateur et Rédempteur de tous les fidèles, accordez aux âmes de vos serviteurs et de vos servantes, la rémission de tous leurs péchés, afin que l'indulgence qu'ils ont toujours désirée leur soit obtenue par ces pieuses supplications. Vous qui vivez et régnez avec Dieu le Père, dans l'unité du Saint-Esprit, Dieu dans tous les siècles des siècles. R̄. Ainsi soit-il.

Après l'Oraison, on dit toujours au pluriel :

∇. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur. R̄. Et que la lumière perpétuelle brille sur eux.

∇. Qu'ils reposent en paix. R̄. Ainsi soit-il.

A MATINES

Chaque fois que Matines ne suit pas immédiatement le Répons : Secourez-le, qu'on chante à l'entrée du corps à l'église ou l'Of-

immediate non sequatur, dicitur secreto : Pater, noster, Ave María et : Credo; secus absolute incipitur ab Invitatorio, vel ab Antiphona Nocturni.

Invitatorium dicitur semper in Officio Defunctorum, quando persolvitur cum tribus Nocturnis, etiam sub ritu semiduplici, aut cum unico quidem Nocturno, sed sub ritu duplici. In reliquis vero casibus omittitur.

Nocturni enim inferius positi omnes dici possunt vel etiam unus tantum, ita tamen, ut extra diem depositionis, in qua semper dicitur primus Nocturnus, Dominica, Feria II et V dicatur primus, Feria III et VI secundus, et Feria IV et Sabbato tertius Nocturnus.

Nocturni dicuntur sicut in die Commem. omnium fidelium defunctorum, p. 35, 41 et 47, præter sequentia :

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus et Titulo.

IN I NOCTURNO

LECTIO I

Job VII, 16-21.

PARCE mihi, Dómine ; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam : et, si mane me quæsíeris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine : Tu autem, vel alia conclusione.

Ry. Credo quod Redémptor meus vivit, et in novís-

ficé du jour, on dit à voix basse : Notre Père et : Je vous salue Marie et : Je crois en Dieu. Autrement, on commence immédiatement par l'Invitatoire ou par l'Antienne du Nocturne.

L'Invitatoire se dit toujours à l'Office des morts, quand on le récite avec trois Nocturnes, même au rite semidouble, ou avec un Nocturne au rite double. Dans les autres cas on l'omet.

On peut, en effet, le dire avec les trois Nocturnes ou avec un seul Nocturne. En ce dernier cas, en dehors du jour des funérailles où l'on dit toujours le I^{er} Nocturne, on récite le I^{er} Nocturne : le Dimanche, le Lundi et le Jeudi, le II^e Nocturne : le Mardi et le Vendredi, et le III^e Nocturne : le Mercredi et le Samedi.

Les Nocturnes se disent comme au jour de la Commémoration de tous les Fidèles défunts, p. 35, 41 et 47, sauf ce qui suit :

Les Leçons se lisent sans Absolution, sans Bénédictions et sans titre.

AU I^{er} NOCTURNE

LEÇON I

Job VII, 16-21.

EPARGNE-MOI, car ils ne sont rien, mes jours! — Qu'est-ce que l'homme pour que tu t'en soucies, — et que de lui, s'occupe ton cœur? — pour que tu le visites dès le matin, — et qu'à tout instant, tu l'éprouves? — Jusqu'à quand me traiteras-tu sans indulgence, — et ne me laisseras-tu pas le temps d'avaler ma salive? — J'ai péché; qu'est-ce que cela te fait? — O gardien des hommes! — Pourquoi m'as-tu pris pour cible, — et te suis-je devenu à charge? — Pourquoi ne supportes-tu pas mon péché, — et n'effaces-tu pas mon iniquité? — maintenant que je vais dormir dans la poussière — et que si tu me cherches au matin, je ne serai plus.

Les Leçons se terminent sans : Mais vous, et sans autre conclusion.

Ry. Je crois que mon Rédempteur vit et qu'au dernier

simo die de terra surrecturus sum, * Et in carne mea vidébo Deum, Salvatórem meum. *Ÿ.* Quem visurus sum ego ipse, et non álius ; et óculi mei conspecturi sunt. Et.

LECTIO II

Job X, 1-12.

NÆDET ánimam meam vitæ meæ, dimittam adversum me elóquium meum, loquar in amaritudine ánimæ meæ. Dicam Deo : Noli me condemnare : Indica mihi, cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt ; aut, sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humana sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.

R. Qui Lázarum resuscitásti a monuménto fátidum, * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et locum indulgéntiæ. *Ÿ.* Qui venturus es judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. Tu.

LECTIO III

MANUS tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu : et sic repénite præcípitas me? Meménto, quæso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus vestísti me, óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

R. Dómine, quando véneris judicáre terram, ubi me abscondam a vultu iræ tuæ? * Quia peccávi

jour, je ressusciterai de la terre, * Et qu'en ma chair, je verrai Dieu, mon Sauveur. *Ps.* Que je verrai moi-même et non pas un autre, et que mes yeux doivent contempler. Et.

LEÇON II

Job X, 1-12.

ELLLE est dégoûtée, mon âme, de la vie, — j'exhalerai sur moi ma plainte, — je parlerai dans l'amertume de mon âme. — Je dirai à Dieu : Ne me condamne pas ! — Dis-moi pourquoi tu me juges ainsi. — Est-ce qu'il te paraît bon de me faire paraître mauvais, — de me mal-mener, moi, l'œuvre de tes mains, — et de prêter appui au conseil des impies ? — Aurais-tu donc des yeux de chair ? — ou bien verrais-tu comme voit l'homme ? — Tes jours sont-ils comme les jours d'un homme, — et tes années comme des temps humains, — pour que tu cherches ma faute, — et que tu scrutes ainsi mon péché ? — Bien que tu saches que je n'ai rien fait d'impie, — et que personne ne peut délivrer de ta main.

R. Vous qui avez délivré du tombeau Lazare déjà fétide, * Vous, Seigneur, donnez-leur le repos et le lieu du pardon. *Ps.* Vous qui devez venir juger les vivants et les morts, et ce siècle, par le feu. Vous, Seigneur.

LEÇON III

MES mains m'ont façonné et modelé en tous mes contours, — et tout d'un coup tu me détruis. — Souviens-toi, je t'en prie, que tu m'as pétri comme de l'argile, — et qu'à la poussière tu me ramèneras. — Ne m'as-tu pas traité comme le lait, — et caillé comme du fromage ? — De peau et de chair tu m'as revêtu ; — d'os et de nerfs tu m'as fait un assemblage, — puis, de la vie tu m'as fait la miséricorde, — et ta sollicitude a gardé mon souffle.

R. Seigneur, quand vous viendrez juger la terre, où me mettrai-je à l'abri de votre visage irrité ? * Car j'ai

nimis in vita mea. *Ÿ.* Commissa mea pavésco, et ante te erubésco : dum véneris judicáre, noli me condemnáre. Quia. Réquiem ætérnam dona eis Dómine : et lux perpétua lúceat eis. Quia.

Postea ad Laudes, ut infra, p. 117, quando dicitur unum tantum Nocturnum.

Quando tamen in die depositionis defuncti Laudes non dicuntur, post III Responsorium dicuntur : Pater noster, et Preces, ut supra ad Vesperas, p. 104.

IN II NOCTURNO

LECTIO IV

Job XIII, 22-28.

RESPONDE mihi : Quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scélera mea et delicta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscondis, et arbitráris me inimicum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti ; qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tínea.

R̄. Meménto mei, Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspíciat me visus hóminis. *Ÿ.* De profúndis clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi vocem meam. Nec.

LECTIO V

Job XIV, 1-6.

HOMO natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur

1. C'est le sens le plus probable du mot hébreu traduit par le latin de la Vulgate : *nervo*.

trop péché dans ma vie. *Ÿ*. De mes fautes, je suis effrayé, et j'en rougis devant vous. Car. *Ÿ*. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur, et que la lumière perpétuelle brille sur eux. Car.

On passe ensuite à Laudes, p. 117, quand on ne dit qu'un seul Nocturne.

Mais quand, aux funérailles d'un défunt, on ne dit pas les Laudes, après le III^e Répons, on dit : Notre Père et les Prières, comme aux Vêpres, p. 104.

AU II^{ème} NOCTURNE

LEÇON IV

Job XIII, 22-28.

RÉPONDS-MOI. Combien ai-je de fautes et de péchés ? — mes crimes et mes transgressions, montre-les-moi. — Pourquoi voiles-tu ta face — et me considères-tu comme ton ennemi ? — C'est contre une feuille emportée par le vent que tu montres ta puissance ; — c'est une paille sèche que tu persécutes, — quand tu écris contre moi des choses amères, — et que tu veux me consumer pour les péchés de mon adolescence. — Tu as posé mes pieds dans *des entraves*¹, — et tu as observé tous mes pas — et examiné toutes les traces de mes pieds, — à moi qui, comme pourriture, dois être consumé, — et suis comme un vêtement mangé par la teigne².

R. Souvenez-vous de moi, mon Dieu, car ma vie est un souffle ; * Et qu'il ne me regarde plus, l'œil de l'homme. *Ÿ*. Des profondeurs, j'ai crié vers vous, Seigneur ; Seigneur, entendez ma voix. Et.

LEÇON V

Job XIV, 1-6.

L'HOMME, né de la femme, — vivant peu de temps, — est rempli de beaucoup de misères. — Comme la

2. Nous comprenons mieux maintenant les minutieuses exigences de la justice divine pour le juste, sachant qu'il est appelé à vivre la vie du Saint des Saints.

et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujus-cémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in júdícium? Quis potest fácere mundum de immún-do concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est : constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

R̄. Hei mihi, Dómine, quia peccávi nimis in vita mea : Quid fáciam, miser? ubi fúgiam, nisi ad te, Deus meus? * Miserére mei, dum véneris in novíssimo die. †. Anima mea turbáta est valde, sed tu, Dómine, succúrre ei. Miserére.

LECTIO VI

Job XIV, 13-16.

QUIS mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursus vivat? Cunctis diébus quibus nunc mílito, exspécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi; óperi mánuum tuárum pórriges délixteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

R̄. Ne recordéris peccáta mea, Dómine, * Dum véneris júdicáre sáeculum per ignem. †. Dírige, Dómine, Deus meus, in conspéctu tuo viam meam. Dum. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine : et lux perpétua lúceat eis. Dum.

Postea ad Laudes ut infra, p. 117, quando dicitur unum tantum Nocturnum.

1. Cf. Note 40, p. 1. — 2. Les exégètes discutent beaucoup sur le sens littéral de ces versets; leur sens liturgique dit clairement la prière

fleur, il naît et se flétrit, — et il fuit comme l'ombre, — sans jamais demeurer dans le même état. — Et c'est sur un tel être que tu daignes ouvrir tes yeux, — pour l'amener en jugement avec toi! — Qui donc peut rendre pur le conçu d'une semence impure? — N'est-ce pas toi seul? — Bien courts sont les jours de l'homme, — et le nombre de ses mois dépend de toi. — Tu en as fixé les termes qui ne pourront pas être dépassés. — Détourne-toi de lui et laisse-le en repos, — jusqu'à ce que vienne le jour désiré, comme celui du mercenaire¹.

Ry. Malheur à moi, Seigneur, car j'ai beaucoup péché dans ma vie : Que ferai-je, malheureux? Où pourrai-je fuir, sinon vers vous, mon Dieu? * Ayez pitié de moi, quand vous viendrez au dernier jour. V. Mon âme est grandement troublée, mais vous, Seigneur, venez à son aide. Ayez pitié.

LEÇON VI

Job XIV, 13-16.

QUI me donnera que dans le schéol, tu me couvres — et tu me caches, jusqu'à ce que passe ta colère, — et que tu me fixes un terme où tu te souviennes de moi? — Penses-tu qu'un homme vive de nouveau? — En tous ces jours où je lutte maintenant, — j'attends jusqu'à ce que vienne mon changement d'état. — Tu m'appelleras et je te répondrai, — à l'œuvre de tes mains tu tendras ta droite. — Tu as, il est vrai, compté mes pas, — mais pardonne à mes péchés².

Ry. Ne vous souvenez pas, Seigneur, de mes péchés * Quand vous viendrez juger ce siècle par le feu. V. Dirigez, Seigneur, mon Dieu, en votre présence, ma voie. Quand. V. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur, et que la lumière perpétuelle brille sur eux. Quand.

On passe ensuite à Laudes, p. 117, quand on ne dit qu'un seul Nocturne.

d'un souffrant demandant un peu de relâche et attendant le jour de la fin de son épreuve purificatrice.

Si vero Laudes omnino omittantur, post, ultimum Responsorium, dicuntur : Paternostes et Preces ut supra ad Vesperas, p. 104.

IN III NOCTURNO

LECTIO VII

Job XVII, 1-3; 11-15.

SPIRITUS meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulcrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem vertērunt in diem, et rursus post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi : Pater meus es ; mater mea et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat ?

R̄. Peccantem me quotidie, et non me paenitentem, timor mortis conturbat me : * Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei, Deus, et salva me. †. Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia.

LECTIO VIII

Job XIX, 20-27.

DELLI meae, consumptis carnibus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturá-

1. Cette pensée n'est peut-être pas dans le texte original. Job ne veut pas dire qu'il n'a jamais péché, puisque lui-même demande pardon de ses péchés, mais seulement qu'il n'est pas en état de péché grave, ennemi de Dieu, ce qui est bien le cas des âmes du Purgatoire.

Mais si l'on ne dit pas les Laudes, après le Répons, on dit : Notre Père et les prières comme aux Vêpres, p. 104.

AU III^{ième} NOCTURNE

LEÇON VII

Job XVII, 1-3; 11-15.

MON esprit s'éteindra, mes jours seront abrégés ; — et il ne me reste plus que le sépulcre. — Je n'ai pas péché¹ — et mon œil s'arrête au milieu des amertumes. — Délivre-moi Seigneur et place-moi près de toi, — et qu'alors n'importe quelle main combatte contre moi². — Mes jours ont passé, — mes rêves se sont évanouis, — tourment de mon cœur ; — ils ont changé la nuit en jour, — et de nouveau, après les ténèbres, j'espère en la lumière³. — Est-ce que j'espérerai ? — Le schéol est ma maison, — et dans les ténèbres, j'ai étendu mon lit. — A la pourriture, j'ai dit : Tu es mon père ; — et aux vers : Ma mère et ma sœur. — Où donc est maintenant ma consolation ? — et ma patience, qui la considère ?

Ry. En moi qui pèche chaque jour et n'en fais pas pénitence, la crainte de la mort met le trouble : * Puisqu'en enfer il n'y a plus de rédemption, ayez pitié de moi, mon Dieu, et sauvez-moi. **V.** Seigneur, en votre nom, sauvez-moi, et en votre puissance, délivrez-moi. **Puisque.**

LEÇON VIII

Job XIX, 20-27.

A MA peau, mes chairs étant consumées, s'est collée ma bouche ; — et il ne me reste que les lèvres autour de mes dents. — Ayez pitié de moi, ayez pitié de moi, vous du moins, mes amis, — car la main du Seigneur m'a frappé. — Pourquoi me poursuivez-vous, comme Dieu, — et de mes chairs n'êtes-vous jamais ras-

2. Auprès de Dieu, plus rien à craindre d'aucun ennemi.

3. Mes rêves déçus transforment ma nuit en jour, en m'empêchant de dormir, et, le matin venu, j'espère que le jour sera meilleur.

mini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermónes mei? quis mihi det, ut exaréntur in libro, stylo férreo et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius : repósita est hæc spes mea in sinu meo.

R̄. Dómine, secúndum actum meum noli me judicáre : nihil dignum in conspéctu tuo egi ; ídeo déprecor majestátem tuam, * Ut tu, Deus, déleas iniquitátem meam. †. Amplius lava me, Dómine, ab injustítia mea, et a delícto meo munda me. Ut.

LECTIO IX

Job X, 18-22.

QUARE de vulva eduxísti me? qui útinam consúptus essem ne óculus me vidéret. Fuíssem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum, ántequam vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam et opértam mortis calígine ; terram misériæ et tenebrárum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

Sequens Responsorium tunc ponitur, quando dictus fuerit tertius tantum Nocturnus pro Defunctis.

R̄. Líbera me, Dómine, de viis inférni, qui portas aéreas confregísti, et visitásti inférnum, et dedísti eis lumen, ut vidérent te * Qui erant in pœnis tenebrárum. †. Clamántes et dicéntes : Advenísti, Redémptor

1. Cf. la note mise au même texte, aux Leçons de la Comm. des

sasiés ? — Qui me donnera que soient écrites mes paroles ? — Qui m'accordera qu'elles soient gravées dans un livre, — avec un stylet de fer et sur une feuille de plomb, — ou qu'elles soient, avec un burin, sculptés sur le roc ? — Car je sais que mon rédempteur est vivant, — et qu'au dernier jour, je dois ressusciter de la terre, — et que de nouveau je revêtirai ma peau, — et, dans ma chair, je verrai mon Dieu. — C'est lui que je dois voir, moi-même, — et ce sont mes yeux, et non ceux d'un autre, qui le contempleront ; — elle est déposée, cette espérance en mon cœur¹.

R₇. Seigneur, selon mes actes ne me jugez pas ; je n'ai rien fait de digne en votre présence ; c'est pourquoi je supplie votre Majesté, * Pour que vous effaciez, ô Dieu, mon iniquité. V. De plus en plus, lavez-moi, Seigneur, de mon injustice et, de mon péché, purifiez-moi. Pour que.

LEÇON IX

Job X, 18-22.

POURQUOI du sein m'as-tu fait sortir ? — Que n'ai-je alors été consumé pour qu'aucun œil ne me voie ! — J'aurais été comme n'étant pas, — transféré du sein maternel au tombeau. — Le petit nombre de mes jours ne finira-t-il pas bientôt ? — Laisse-moi donc pleurer un peu ma douleur, — avant que je m'en aille, pour n'en plus revenir, — à la terre de misère et de ténèbres, — où il y a l'ombre de la mort et aucun ordre, — et qu'une éternelle horreur habite.

**Quand on n'a dit pour les défunts que le
III^e Nocturne, on prend le Répons suivant :**

R₇. Délivrez-moi, Seigneur, des chemins de l'enfer, vous qui avez brisé les portes d'airain et visité l'enfer et donné, pour vous voir, la lumière à ceux * Qui étaient dans les peines des ténèbres. V. Criant et disant : Vous êtes enfin venu, ô notre Rédempteur. Qui étaient. Le

noster. Qui. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine : et lux perpétua lúceat eis. Qui.

Sequens Responsorium ponitur loco præcedentis, quando tres Nocturni dicti fuerint pro Defunctis.

R̄. Líbera me, Dómine, de morte ætérna in die illa treménda, * Quando cæli movéndi sunt et terra, * Dum véneris judicáre sáeculum per ignem. V̄. Tremens factus sum ego et tímeo, dum discússio vénerit atque ventúra ira. Quando. V̄. Dies illa, dies iræ, calamitátis et misériæ, dies magna et amára valde. Dum. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine : et lux perpétua lúceat eis. Líbera me, *usque ad primum* V̄. Tremens *exclusive*.

Deinde si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur : Pater noster et Preces ut supra ad Vesperas, p. 104.

Si Matutinum, cum unico vel tribus Nocturnis, in privata recitatione a Laudibus separetur, post ultimum Responsorium subjungitur :

V̄. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Deinde dicitur Oratio (seu dicuntur Orationes), ut supra in Vesperis, p. 105, additis sequentibus :

V̄. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine. R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

V̄. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

Laudes vero, dictis secreto : Pater noster et : Ave María, absolute inchoantur ab Antiphona : Exsultábunt Dómino.

Sed in recitatione publica vel privata, si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Preces, ut infra ad Laudes, p. 117.

repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur, et que la lumière perpétuelle brille sur eux. Qui.

Mais si l'on a dit, pour les Défunts, les trois Nocturnes, au lieu du Répons précédent, on dit le suivant :

R̄. Délivrez-moi, Seigneur, de la mort éternelle, en ce jour redoutable, * Quand les cieux seront ébranlés, ainsi que la terre ; * Alors que vous viendrez juger ce siècle par le feu. V̄. Je deviens tremblant et je crains devant le jugement qui doit venir et la future colère. Quand. V̄. Ce jour-là sera jour de colère, de malheur et de misère et plein d'amertume. Alors que. V̄. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur, et que la lumière éternelle brille sur eux. Délivrez-moi *jusqu'au* V̄. Je deviens tremblant *exclusivement*.

Quand on ne dit pas les Laudes, après le Répons, on dit : Notre Père, et les prières qui suivent comme aux Vêpres, p. 104.

Si les Matines, à un ou trois Nocturnes, sont, dans la récitation privée, séparées des Laudes, après le Troisième Répons on ajoute :

V̄. Que le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.

Puis on dit l'Oraison (ou les Oraisons) qui sont indiquées pour les Vêpres p. 105, en ajoutant les Versets suivants :

V̄. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur. R̄. Et que la lumière éternelle brille sur eux.

V̄. Qu'ils reposent en paix. R̄. Ainsi soit-il.

Quant aux Laudes, après avoir récité à voix basse : Notre Père et : Je vous salue Marie, on les commence immédiatement par l'Antienne : Ils exulteront dans le Seigneur.

Mais si dans la récitation publique ou privée, on omet les Laudes, après le dernier Répons, on dit les Prières qui sont notées plus loin, après Laudes, p. 117.

AD LAUDES

Omnia ut in Commem. Def., p. 55, præter sequentia :

Repetita Antiphona : Ego sum, post : Benedictus, preces infrascriptæ dicuntur, flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℞. Sed líbera nos a malo.

Qui non dicitur in die obitus seu depositionis defuncti, nec quodcumque Officium recitatur sub ritu duplici :

Psalmus 129

DE profúndis clamávi ad te, Dómine : * Dómine, exáudi vocem meam :

2. Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecationis meæ.

3. Si iniquitátes observáveris, Dómine : * Dómine, quis sustinébit ?

4. Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

5. Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

6. A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israël in Dómino.

7. Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redéemptio.

8. Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérrnam.

Deinde : ℣. A porta ínferi. ℞. Erue, Dómine, ánimam ejus (ánimas eórum).

℣. Requiésca(n)t in pace. ℞. Amen.

A LAUDES

Tout se dit comme au jour de la Commémoration de tous les Fidèles Défunts, p. 55, sauf ce qui suit :

L'Antienne : Moi Je suis, ayant été répétée après le Benedictus, on récite à genoux les prières suivantes :

Notre Père, à voix basse jusqu'au

℣. Et ne nous laissez pas succomber à la tentation.
 R̄. Mais délivrez-nous du mal.

Ce Psaume ne se dit pas au jour des funérailles, ni quand on récite l'Office au rite double.

Psaume 129. — Au fond de l'abîme.

DES profondeurs, je crie vers toi, Yahwéh, — Seigneur, écoute ma voix ; 2. que tes oreilles soient attentives — à la voix de mes supplications.

II. 3. Si tu observes les fautes, ô Yah! — Seigneur, qui pourra tenir? — 4. Mais auprès de toi est le pardon, — pour qu'on te révère.

III. J'espère en toi, Yahwéh, — 5. elle espère en toi, mon âme ; — en ta parole, j'ai confiance, — mon âme est au Seigneur.

IV. 6. Plus que les veilleurs n'aspirent après l'aurore, — les veilleurs, après l'aurore, — qu'Israël aspire après Yahwéh, — *Israël, après Yahwéh.*

V. 7. Car auprès de Yahwéh, il y a bénignité, — auprès de lui, généreuse rédemption, — 8. c'est lui qui rachètera Israël, — de toutes ses iniquités.

Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur, et que la lumière perpétuelle brille sur eux.

Ensuite ℣. A la puissance de l'enfer. R̄. Arrachez, Seigneur, son âme (ou leurs âmes).

℣. Qu'il repose (ils reposent) en paix. R̄. Ainsi soit-il.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

Ψ. Dómine, exáudi oratiónem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Ψ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus

Dicitur Oratio conveniens ut supra in Vesperis, p. 105.

Post Orationem dicitur (semper plurali numero) :

Ψ. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine. R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

Ψ. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ



Primum dicuntur Litiariæ breves in hunc modum :

KYRIE, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Sancta María, ora pro eo (ea).

Omnes sancti Angeli et Archángeli, oráte pro eo (ea).

Sancte Abel, ora.

Omnis chorus Justórum, ora.

Sancte Abraham, ora.

Sancte Joánnes Baptísta, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.

Sancte Joánnes, ora.

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

☩. Seigneur, exaucez ma prière. R̄. Et que mon cri arrive jusqu'à vous.

☩. Que le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.

Prions

On dit l'Oraison indiquée en conformité avec l'Office, comme aux Vêpres, p. 105.

Après l'Oraison, on dit, toujours au pluriel :

☩. Le repos éternel, donnez-le-leur, Seigneur. R̄. Et que la lumière éternelle brille sur eux.

☩. Qu'ils reposent en paix. R̄. Ainsi soit-il.

PRIÈRE POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME



On dit d'abord les Litanies brèves, de la façon suivante :

SEIGNEUR, ayez pitié de nous.

Jésus-Christ, ayez pitié de nous.

Seigneur, ayez pitié de nous.

Sainte Marie, priez pour lui (elle).

Vous tous, saints Anges et Archanges, priez pour lui (elle)

Saint Abel, priez pour lui (elle).

Chœur tout entier des Justes, priez pour lui (elle).

Saint Abraham, priez.

Saint Jean-Baptiste, priez.

Saint Joseph, priez.

Vous tous, saints Patriarches et Prophètes, priez pour lui (elle).

Saint Pierre, priez.

Saint Paul, priez.

Saint André, priez.

Saint Jean, priez.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréti, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Sancte Benedícite, ora.
Sancte Francísce, ora.
Sancte Camílle, ora.
Sancte Joáñnes de Deo, ora.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro eo (ea).
Propítius esto, parce ei, Dómine.
Propítius esto, líbera eum (eam), Dómine.
Propítius esto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A perículo mortis, líbera.
A mala morte, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Ab omni malo, líbera.
A potestáte diabóli, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per crucem et passiónem tuam, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per gloriósam resurrectionem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensionem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritus Sancti Parácliti, líbera.

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

Vous tous, saints Apôtres et Évangélistes, priez pour lui (elle).

Vous tous, saints Disciples du Seigneur, priez pour lui (elle).

Vous tous, saints Innocents, priez pour lui (elle).

Saint Étienne, priez.

Saint Laurent, priez.

Vous tous, saints Martyrs, priez pour lui (elle).

Saint Sylvestre, priez.

Saint Grégoire, priez.

Saint Augustin, priez.

Vous tous, saints Pontifes et Confesseurs, priez pour lui (elle).

Saint Benoît, priez.

Saint François, priez.

Saint Camille, priez.

Saint Jean de Dieu, priez.

Vous tous, saints Moines et Ermites, priez pour lui (elle).

Sainte Marie-Madeleine, priez pour lui (elle).

Sainte Lucie, priez.

Vous toutes, saintes Vierges et Veuves, priez pour lui (elle).

Vous tous, Saints et Saintes de Dieu, intercédez pour lui (elle).

Soyez-lui propice, pardonnez-lui, Seigneur.

Soyez-lui propice, délivrez-le (délivrez-la), Seigneur.

Soyez-lui propice, délivrez.

De votre colère, délivrez.

Du péril de la mort, délivrez.

D'une mauvaise mort, délivrez.

Des peines de l'enfer, délivrez.

De tout mal, délivrez.

De la puissance du démon, délivrez.

Par votre Nativité, délivrez.

Par votre Croix et votre Passion, délivrez.

Par votre Mort et votre Sépulture, délivrez.

Par votre glorieuse Résurrection, délivrez.

Par votre admirable Ascension, délivrez.

Par la grâce du Saint-Esprit consolateur, délivrez.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

In die iudicii, libera.

Peccatores, te rogamus, audi nos.

Ut ei parcas, te rogamus.

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

**Deinde, cum in agone sui exitus anima
anxiatur, dicantur sequentes Orationes :**

Oratio

PROFICISCERE, ánima christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit ; in nómine Jesu Christi Fílii Dei vivi, qui pro te passus est ; in nómine Spíritus Sancti, qui in te effúsus est ; in nómine gloriósæ et sanctæ Dei Genitrícis Vírginis Mariæ ; in nómine beáti Joseph, ínclyti ejúsdem Vírginis Sponsi ; in nómine Angelórum et Archangelórum ; in nómine Thronórum et Dominationórum ; in nómine Principátuum et Potestátum ; in nómine Virtútum, Chérubim et Séraphim ; in nómine Patriarchárum et Prophetárum ; in nómine sanctorum Apostolórum et Evangelistárum ; in nómine sanctorum Mártyrum et Confessorum ; in nómine sanctorum Monachórum et Eremitárum ; in nómine sanctárum Vírginum, et ómnium Sanctorum et Sanctárum Dei ; hódie sit in pace locus tuus, et habitátio tua in sancta Sion. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Oratio

DEUS miséricors, Deus clemens, Deus, qui secúndum multitudinem miseratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, et præteritórum críminum culpas vénia remissiónis evácuas : réspice propítius super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

Au jour du jugement, délivrez.

Bien que pécheurs, nous vous en supplions, exaucez-nous.

Pardonnez-lui ses péchés, nous vous en supplions.

Seigneur, ayez pitié de nous.

Jésus-Christ, ayez pitié de nous.

Seigneur, ayez pitié de nous.

Le malade étant à l'agonie, on dit les oraisons suivantes :

Oraison

PARTEZ de ce monde, âme chrétienne au nom de Dieu le Père qui vous a créée ; au nom de Jésus-Christ, Fils du Dieu vivant, qui a souffert pour vous ; au nom de l'Esprit-Saint qui s'est répandu en vous ; au nom de la glorieuse et sainte Mère de Dieu, la Vierge Marie ; au nom du bienheureux Joseph, le glorieux époux de cette même Vierge ; au nom des Anges et des Archanges ; au nom des Trônes et des Dominations ; au nom des Principautés et des Puissances ; au nom des Chérubins et des Séraphins ; au nom des Patriarches et des Prophètes ; au nom des saints Apôtres et Évangélistes ; au nom des saints Martyrs et Confesseurs ; au nom des saints Moines et Solitaires ; au nom des saintes Vierges ; au nom de tous les Saints et Saintes de Dieu. Que votre demeure soit aujourd'hui dans la paix et votre habitation dans la sainte Sion. Par le même Jésus-Christ Notre-Seigneur. *R*. Ainsi soit-il.

Oraison

DIEU miséricordieux, Dieu clément, qui, par votre infinie miséricorde, remettez les péchés de ceux qui en font pénitence, et qui, par votre pardon, effacez la malice de nos crimes passés, jetez un regard favorable sur votre serviteur (servante) *N.*, qui avoue ses

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

N.) et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo (ea), piissime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabólica fraude violatum est; et unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere, Domine, gemituum, miserere lacrimarum ejus; et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oratio

COMMENDO te omnipotenti Deo, carissime frater (carissima soror), et ei, cujus es creatura, committo; ut, cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egrediēti itaque animæ tuæ de corpore splendidus Angelorum cœtus occurrat: judex Apostolorum tibi senatus advēniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat: et beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: sanctus Joseph, morientium Patronus dulcissimus, in magnam spem te erigat: sancta Dei Genitrix Virgo Maria suos benigna oculos ad te convertat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jūgiter interesse decernat. Ignōres omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus sātanas cum satellitibus suis: in adventu tuo, te comitantibus Angelis, contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immāne diffugiat. Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant qui odērunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficient:

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

fautes, qui vous en demande pardon de tout son cœur, et exaucez sa prière. Renouvelez en lui (elle), Père plein de clémence, ce que la fragilité humaine ou la malice de l'esprit tentateur ont pu corrompre ou gâter dans son âme. Attachez au corps de la Sainte Église ce membre que vous avez racheté. Ayez pitié, Seigneur, de ses gémissements, ayez pitié de ses larmes, et cette âme qui n'a confiance qu'en votre miséricorde, admettez-la au sacrement de votre réconciliation. Par le Christ Notre-Seigneur. R̄. Ainsi soit-il.

Oraison

JE vous recommande au Dieu tout-puissant, mon très cher frère (*ou* ma très chère sœur), et, à celui dont vous êtes la créature, je vous confie, pour qu'ayant payé, par votre mort, la dette de l'humanité, vous retourniez à votre Créateur qui vous avait formé du limon de la terre. Ainsi donc, qu'à la rencontre de votre âme sortant du corps accoure un brillant cortège d'AnGES, que vienne à vous le sénat des Apôtres préposé au jugement, que se présente à vous l'armée triomphante des Martyrs éclatants de blancheur, que la foule des Confesseurs, en l'éclatant rayonnement de leur beauté de lis se presse autour de vous, que le chœur des Vierges jubilantes vous reçoive et que le baiser des Patriarches vous lie au sein de l'éternel repos ; que saint Joseph, le très doux patron des mourants exalte grandement votre espérance ; que la sainte Mère de Dieu, la bénigne Vierge Marie, daigne abaisser ses yeux sur vous ; que le doux regard de fête du Christ Jésus se montre à vous et décrète votre admission pour toujours en sa compagnie. Puissiez-vous ignorer tout ce qui fait horreur dans les ténèbres, ce qui crie dans les flammes, ce qui torture dans les tourments. Que recule devant vous l'horrible Satan, avec ses satellites ; qu'à votre arrivée en compagnie des AnGES, il tremble et s'enfuit dans l'impitoyable chaos de l'éternelle nuit. Que Dieu se lève et que ses ennemis se dispersent,

sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei. Et justí epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur et erubéscant omnes tartáreæ legiões, et minístri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab ætéRNA morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constítuat te Christus, Fílius Dei vivi, intra paradísi sui semper amóena viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat, atque ad délixeram suam in electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et, præsens semper assístens, manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem. Constitútus (-a) ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. R̄. Amen.

Oratio

SUSCIPE, Dómine, servum tuum (ancíllam tuam) in locum sperándæ sibi salvatiónis a misericórdia tua. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ) ex ómnibus perículis inférni, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tribulatió nibus. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Henoch et Eliám de commúni morte mundi. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Noë de dilúvio. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. R̄. Amen.

et qu'ils fuient, ceux qui le haïssent, de devant sa face. Comme la cire fond en face du feu, qu'ainsi péricassent les pécheurs devant la face de Dieu, et que les justes soient en fête et qu'ils exultent en présence de Dieu. Qu'elles soient donc en confusion et rougissent, toutes les légions du Tartare, et que les ministres de Satan n'aient pas l'audace de mettre obstacle à votre avance. Qu'il vous libère de tout crucifiement, le Christ qui pour vous a été crucifié. Qu'il vous libère de l'éternelle mort, le Christ qui pour vous a daigné mourir. Qu'il vous établisse, le Christ fils du Dieu vivant, dans le délicieux printemps de son Paradis et que parmi ses brebis, ce vrai Pasteur vous reconnaisse. Que de tous vos péchés il vous absolve, qu'il vous place à sa droite et vous admette à partager le sort de ses élus. Puissiez-vous voir votre Rédempteur face à face, et puissiez-vous, toujours en sa présence et toujours près de lui, contempler la Vérité pleinement manifestée aux yeux des bienheureux. Ayant donc votre place parmi les bataillons des élus, puissiez-vous contempler la divine douceur et en jouir dans les siècles des siècles. R7. Ainsi soit-il.

Oraison

BECEVEZ, Seigneur, l'âme de votre serviteur (votre servante), dans le lieu du salut, qu'il (elle) doit espérer de votre miséricorde. R7. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), de tous les périls de l'enfer, du lacet des peines et de toutes les tribulations. R7. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré Hénoch et Élie de la mort commune à tous les hommes. R7. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez sauvé Noé du déluge. R7. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez tiré Abraham d'Ur en Chaldée. R7. Ainsi soit-il.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Job de passiónibus suis. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Lot de Sódomis, et de flamma ignis. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, et de manu regis iníqui. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Susánnam de falso crímine. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Golíæ. R̄. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Petrum et Paulum de carcéribus. R̄. Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam Vírginem et Mártýrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam hujus servi tui (ancíllæ tuæ), et tecum fácias in bonis congaudére cæléstibus. R̄. Amen.

Oratio

COMMENDAMUS tibi, Dómine, ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.) precamúrque te, Dómine Jesu Christe, Salvátor mundi : ut, propter quam ad

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur, (votre servante), comme vous avez délivré Job de ses souffrances. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez soustrait Isaac au bûcher et à la main de son père Abraham. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré Lot de Sodome et de la pluie de feu. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré Moïse de la puissance de Pharaon roi d'Égypte. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré Daniel de la fosse aux lions. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré les trois enfants de la fournaise ardente, et de la puissance d'un roi impie. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré Suzanne d'une fausse accusation. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (votre servante), comme vous avez délivré David de la main du roi Saül, et de la main de Goliath. R̄. Ainsi soit-il.

Seigneur, délivrez l'âme de votre serviteur (de votre servante), comme vous avez délivré Pierre et Paul de leurs prisons. R̄. Ainsi soit-il.

Et comme la bienheureuse Thècle, vierge et Martyre, a été par vous délivrée de trois supplices des plus atroces, ainsi daignez délivrer l'âme de ce serviteur (de cette servante) qui est vôtre et faites-lui partager votre joie dans les biens du ciel. R̄. Ainsi soit-il.

Oraison

NOUS vous recommandons, Seigneur, l'âme de votre serviteur N. (de votre servante N.) et nous vous prions, Seigneur Jésus-Christ, Sauveur du monde, de ne

terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce, Dómine, creatúram tuam, non a diis aliénis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero ; quia non est álius Deus præter te, et non est secúndum ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conspéctu tuo ; et ne memíneris, iniquitátum ejus antiquárum et ebrietátum, quas suscitávit furor sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et Fílium, et Spíritum Sanctum non negávit, sed crédidit ; et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio

DELICTA juventútis et ignorántias ejus, quæsumus, ne memíneris, Dómine ; sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cæli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum (ancíllam tuam) súscipe. Suscípiat eum (eam) sanctus Míchaël Archángelus Dei, qui milítia cælestis méruit principátum. Véniant illi óbviám sancti Angeli Dei, et perducant eum (eam) in civitátem cælestem Jerúsalem. Suscípiat eum (eam) beátus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cælestis tráditæ sunt. Adjuvet eum (eam) sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédant pro eo (ea) sanctus Joánnes, eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cælestia. Orent pro eo (ea) omnes sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potéstas ligándi atque solvéndi. Intercédant pro eo (ea) omnes Sancti et Elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc sáeculo sustinuerunt ; ut vínculis carnis exútus (-a) pervenire mereátur ad glóriam regni cælestis, præstánte Dómino

pas refuser de faire entrer au sein des Patriarches, celle pour laquelle vous êtes descendu miséricordieusement sur terre. Reconnaissez, Seigneur, votre créature, créée non point par des dieux étrangers, mais par vous-même, seul Dieu vivant et vrai ; car il n'est point d'autre Dieu que vous, point, dont les œuvres soient comparables aux vôtres. Réjouissez, Seigneur, son âme en votre présence, et ne vous souvenez pas de ses anciennes iniquités et des ivresses qu'a suscitées, soit l'empotement, soit l'ardeur du mauvais désir. Bien qu'elle ait péché, elle n'a cependant pas renié le Père, le Fils et le Saint-Esprit, mais elle a cru et elle a eu en son cœur le zèle de Dieu et, le Dieu qui a tout fait, elle l'a fidèlement adoré.

Oraison

DES péchés de sa jeunesse et de ses ignorances, nous vous le demandons, ne vous souvenez plus, Seigneur ; mais selon votre grande miséricorde, souvenez-vous de cette âme, dans la gloire de votre lumière. Que lui soient ouverts les cieus, qu'avec elle se réjouissent les Anges. Dans votre royaume, Seigneur, recevez votre serviteur (votre servante). Qu'il le (la) reçoive, saint Michel, l'Archange de Dieu qui a mérité le principat de la milice céleste. Que viennent à sa rencontre, les saints Anges de Dieu et qu'ils le (la) conduisent en la cité de la Jérusalem céleste. Qu'il le (la) reçoive, le bienheureux Apôtre Pierre auquel, par Dieu, les clefs du royaume du ciel ont été confiées. Qu'il vienne à son aide le saint Apôtre Paul qui a été digne d'être un vase d'élection. Qu'il intercède pour lui (pour elle), saint Jean, l'Apôtre choisi de Dieu, auquel ont été révélés les célestes secrets. Que pour lui (elle) prient tous les saints et les élus de Dieu, qui, pour le nom du Christ, ont souffert des tourments en ce monde ; afin que, dégagé(e) des liens de la chair, il(elle) mérite d'arriver à la gloire du royaume céleste, par la grâce de notre Seigneur Jésus-Christ, qui vit et règne

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

nostro Jesu Christo : Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum. R̄. Amen.

Oratio

CLEMENTISSIMA Virgo Dei Génitrix María, mæ-
réntium piússima consolátrix, fámuli (fámulæ)
N. spíritum Fílio suo comméndet : ut, hoc matérno
intervéntu, terróres mortis non tímeat ; sed desiderá-
tam cæléstis pátriæ mansiónem, ea cómite, lætus (-a)
ádeat. R̄. Amen.

Oratio

AD te confúgio, sancte Joseph, Patróne moriën-
tium, tibíque, in cujus beáto tránsitu vígiles
astitérunt Jesus et María, per hoc utrúmque caríssi-
mum pignus, ánimam hujus fámuli N. (fámulæ N.)
in extrémó agóne laborántem eníxe comméndo, ut
ab insídiis diáboli, et a morte perpétua, te protegénte,
liberétur, et ad gáudia æténa perveníre mereátur.
Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R̄.
Amen.

**Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psal-
mi, videlicet Ps. 117 : Confitémini, p. 24, et
totus Ps. 118 : Beáti immaculáti, per Horas
Dominicæ distributus, p. 28.**

IN EXPIRATIONE

**Moriens, si potest, dicat : vel si non potest,
assistens sive Sacerdos pro eo clara voce pro-
nunciet : Jesu, Jesu, Jesu. Quod et ea quæ se-
quuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam
sæpius repetat :**

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum
meum. Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.
Sancta María, ora pro me. María, mater grátia,

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

avec le Père et l'Esprit-Saint, dans les siècles des siècles.
R̄. Ainsi soit-il.

Oraison

QUE la très clément Vierge, Marie, Mère de Dieu, la très douce consolatrice des affligés, recommande à son Fils l'âme de son serviteur (de sa servante) *N.*, afin que par cette intervention maternelle elle n'ait pas à redouter les terreurs de la mort, mais que, joyeuse, elle parvienne en sa compagnie à la demeure désirée de la céleste patrie. R̄. Ainsi soit-il.

Oraison

C'EST à vous que j'ai recours, ô saint Joseph, Patron des mourants, à vous dont le bienheureux trépas fut entouré de la présence et des soins de Jésus et de Marie. Au nom de l'un et de l'autre de ces objets de votre tendresse, je vous recommande instamment l'âme de ce serviteur (de cette servante) de Dieu, arrivée à sa dernière agonie, afin que, par votre protection, elle soit préservée des embûches du démon, ainsi que de la mort éternelle, et mérite de parvenir aux joies sans fin. Par le Christ Notre-Seigneur. R̄. Ainsi soit-il.

Si le malade est encore à l'agonie, on dit le Ps. 117 : Chantez à Yahwéh, p. 24, et en entier le Ps. 118 : Bienheureux les immaculés du chemin, des Petites Heures du Dimanche, p. 28.

AU DERNIER SOUPIR

Quand le malade est près d'expirer, que le mourant dise s'il le peut, ou s'il ne le peut, que, soit celui qui l'assiste, soit le prêtre, prononce pour lui, à voix haute, ces mots : Jésus ! Jésus ! Jésus ! et qu'il les répète très souvent aussi à ses oreilles, ainsi que les paroles qui suivent, si le malade paraît entendre encore :

En vos mains, Seigneur, je remets mon âme. Seigneur Jésus-Christ, recevez mon âme.

Sainte Marie, priez pour moi. Marie, mère de bonté,

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.

Sancte Joseph, ora pro me. Sancte Joseph, cum beáta Vírgine Sponsa tua, áperi mihi divínæ misericórdiæ sinum.

Jesu, María, Joseph, vobis cor et ánimam meam dono.

Jesu, María, Joseph, adstáte mihi in extrémó agóne.

Jesu, María, Joseph, in pace vobíscum dórmiam et requiéscam.

Egressa autem anima, dicitur hoc

R̄. Subveníte, Sancti Dei, occúrrite, Angeli Dómini, * Suscipiéntes ánimam ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi. V̄. Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

R̄. Suscipiéntes ánimam ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi. V̄. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine : et lux perpétua lúceat ei. Offeréntes.

Deinde Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Postea Pater noster *secreto usque ad* V̄. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed líbera nos a malo.

V̄. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine. R̄. Et lux perpétua lúceat ei.

V̄. A porta ínferi. R̄. Erue, Dómine, ánimam ejus.

V̄. Requiéscat in pace. R̄. Amen.

V̄. Dómine, exáudi oratiónem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

V̄. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Oratio

MIBI, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), ut defúnctus (-a) sáculo tibi vivat : et quæ per fragilitátem humánæ conversa-

POUR LA RECOMMANDATION DE L'ÂME

mère de miséricorde, protégez-moi contre l'ennemi et recevez-moi à l'heure de ma mort.

Saint Joseph, priez pour moi. Saint Joseph avec la bienheureuse Vierge votre épouse, ouvrez-moi l'accès de la divine miséricorde.

Jésus, Marie, Joseph, je vous donne mon cœur et mon âme.

Jésus, Marie, Joseph, assistez-moi dans ma dernière agonie.

Jésus, Marie, Joseph, qu'auprès de vous je m'endorme et je repose en paix.

Lorsque le malade a rendu le dernier soupir, on dit :

R γ . Secourez-le (la), Saints de Dieu ; Anges du Seigneur, venez à sa rencontre : * Recevez son âme : * Présentez-la au Très-Haut. Ψ . Que Jésus-Christ qui vous a appelé vous reçoive, et que les Anges vous introduisent dans le sein d'Abraham. Ψ . Recevez son âme, présentez-la au Très-Haut. Ψ . Le repos éternel, donnez-le-lui, Seigneur, que la lumière perpétuelle brille sur lui (elle). Présentez-le (la) au Très Haut.

Seigneur, ayez pitié de nous. Christ, ayez pitié de nous. Seigneur, ayez pitié de nous.

Notre Père, à voix basse, jusqu'au Ψ . Et ne nous laissez pas succomber à la tentation. R γ . Mais délivrez-nous du mal.

Ψ . Le repos éternel, donnez-le-lui, Seigneur. R γ . Et que la lumière perpétuelle brille sur lui (elle).

Ψ . De la puissance de l'enfer. R γ . Délivrez son âme, Seigneur.

Ψ . Qu'elle repose en paix. R γ . Ainsi soit-il.

Ψ . Seigneur, exaucez ma prière. R γ . Et que ma voix parvienne jusqu'à vous.

Ψ . Que le Seigneur soit avec vous. R γ . Et avec votre esprit.

Prions

NOUS vous recommandons, Seigneur, l'âme de votre serviteur (votre servante) N., afin qu'étant mort(e) pour ce monde, il (elle) vive en vous ; et que le pardon de votre miséricordieuse compassion daigne effacer toutes

AD INDULG. PLEN. IN ARTICULO MORTIS

tiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, post nomen proprium N... addatur vox Sacerdotis.

FORMULA AD IMPERTIENDAM INDULGENTIAM PLENARIAM IN ARTICULO MORTIS

●

Ψ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. R̄. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Ne reminiscáris, Dómine, delícta fámuli tui (fámulæ tuæ), neque vindíctam sumas de peccátis ejus.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster *secreto usque ad* Ψ. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed líbera nos a malo.

Ψ. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam). R̄. Deus meus, sperántem in te.

Ψ. Dómine, exáudi oratiónem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Ψ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spíritu tuo.

Oratio

CLEMENTISSIME Deus, Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis períre in te credéntem atque sperántem : secúndum multitudínem miseratiónum tuárum réspice propítius fámulum tuum N., quem (fámulam tuam N., quam) tibi vera fides et spes christiána comméndant. Vísita eum (eam) in salutári tuo, et, per Unigéniti tui

POUR L'INDULG. PLÉN. AUX MOURANTS

les offenses que la fragilité de la chair lui a fait commettre pendant son pèlerinage ici-bas. Par le Christ Notre-Seigneur. R̄. Ainsi soit-il.

Si le défunt était Prêtre, après son nom N..., qu'on ajoute le mot : prêtre.

FORMULE POUR ACCORDER L'INDULGENCE PLÉNIÈRE A L'ARTICLE DE LA MORT

●

☩. Notre secours est dans le nom du Seigneur. R̄. Qui a fait le ciel et la terre.

Ant. Ne vous souvenez pas, Seigneur, des fautes de votre serviteur (de votre servante), et ne tirez point vengeance de ses péchés.

Seigneur, ayez pitié de nous. Christ, ayez pitié de nous. Seigneur, ayez pitié de nous.

Notre Père, à voix basse, jusqu'au ☩. Et ne vous laissez pas succomber à la tentation. R̄. Mais délivrez-nous du mal.

☩. Sauvez votre serviteur (servante). R̄. Qui espère en vous, mon Dieu.

☩. Seigneur, exaucez ma prière. R̄. Et que mon cri arrive jusqu'à vous.

☩. Le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.

Oraison

DIEU très clément, Père des miséricordes et Dieu de toute consolation, qui ne voulez laisser périr aucun de ceux qui croient et espèrent en vous ; selon la multitude de vos miséricordes, regardez favorablement votre serviteur (votre servante) que la vraie foi et l'espérance chrétienne vous recommandent. Visitez-le (la) dans votre salut et, par la passion et la mort de votre Fils unique, accordez-lui en votre clémence la rémission et le pardon

AD INDULG. PLEN. IN ARTICULO MORTIS

passiónem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissionem et véniam cleménter indúlge; ut ejus ánima in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et, in sángine ejúsdem Fílii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Tunc, dicto ab uno e Clericis astantibus :
Confíteor, **Sacerdos dicat :** Misereátur et : In-
dulgéntiam, ac deinde :

DOMINUS noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piíssimam miseri-
córdiam recípiat confessiónem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti. Et ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. R̄. Amen.

Per sacrosáncta humánæ reparatiónis mystéria, remíttat tibi omnípotens Deus omnes præsentis et futúráe vitæ pœnas, paradísi portas apériat et ad gáudia sempitérna perdúcat. R̄. Amen.

Benedícat te omnípotens Deus Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. R̄. Amen.

Si vero Infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur, dicendo :

Ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. R̄. Amen.

Per sacrosáncta... etc., *ut supra.*

Benedícat te... *ut supra.*

POUR L'INDULG. PLÉN. AUX MOURANTS

de toutes ses fautes, pour que son âme à l'heure de sa sortie de ce monde, vous trouve juge favorable et que, lavée de toute faute dans le sang de ce même Fils, elle puisse passer à la vie éternelle. Par le même Christ Notre-Seigneur. R7. Ainsi soit-il.

A ce moment, un des Clercs assistants ayant récité le : Je confesse à Dieu, le Prêtre dit : Que le Dieu tout-puissant vous fasse miséricorde, puis continue :

Que Notre-Seigneur Jésus-Christ, Fils du Dieu vivant, qui a donné au bienheureux Pierre, son Apôtre, pouvoir de lier et de délier, reçoive votre confession en sa très compatissante miséricorde et vous rende la première robe que vous avez reçue au baptême. Et moi, de par la faculté que m'a donnée le Siège Apostolique, je vous concède l'indulgence plénière et la rémission de tous vos péchés. Au nom du Père et du Fils ✠ et du Saint-Esprit. R7. Ainsi soit-il.

Par les très saints mystères de l'humaine réparation, que le Dieu tout-puissant vous remette toutes les peines de la vie présente et future, vous ouvre les portes du Paradis et vous conduise aux joies éternelles. R7. Ainsi soit-il.

Qu'il vous bénisse le Dieu tout-puissant, Père, et Fils ✠ et Saint-Esprit. R7. Ainsi soit-il.

Si le malade est si près de la mort qu'il ne puisse pas dire son : Je confesse à Dieu et qu'on n'ait pas le temps de réciter les prières précitées, le prêtre lui donne immédiatement la bénédiction, en disant :

Moi, de par la faculté que m'a donnée le Siège Apostolique, je vous concède l'Indulgence plénière et la rémission de tous vos péchés. Au nom du Père et du Fils ✠ et du Saint-Esprit. R7. Ainsi soit-il.

Par les très saints mystères etc. *comme plus haut.*

Qu'il vous bénisse... *comme plus haut.*

AD INDULG. PLEN. IN ARTICULO MORTIS

In casu vero necessitatis sufficit dicere :

Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo, et benedico te. In nomine Patris et Filii, ✠ et Spiritus Sancti. R̄. Amen.

Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicuntur semel ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.



POUR L'INDULG. PLÉN. AUX MOURANTS

Et même, en cas de nécessité, il suffit de dire :

Moi, de par la faculté que m'a donnée le Siège Apostolique, je vous concède l'indulgence plénière et la rémission de tous vos péchés et je vous bénis. Au nom du Père, et du Fils ✠ et du Saint-Esprit. R̄. Ainsi soit-il.

Quand cette Bénédiction apostolique se donne à plusieurs en même temps, on ne la donne qu'une seule fois pour tous, en mettant le pluriel au lieu du singulier.

